


11/11/8
8P



2ms
£ 21ft


OLD
480
ΠΟΛ
1706
v.1



ΙΟΥΛΙΟΥ ΠΟΛΥΔΕΥΚΟΥΣ
ΟΝΟΜΑΣΤΙΚΟΝ
ΕΝ ΒΙΒΛΙΟΙΣ ΔΕΚΑ.

JULII POLLUCIS
ONOMASTICUM
Graece & Latine.





JULII POLLUCIS
ONOMASTICUM

Graece et Latine

Cum Commentariis Jungermanni, Kuhnii, Seberi et aliorum.

AMSTELAEDAMI

Ex Officina WETSTENIANA c1b1ccvi.



AL. JOANNINA

370X... ON TOI...
AP. 1941. 36354

ONOMAMON

... ..

... ..

ONOMASTICUM

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..



... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..



... ..

... ..

... ..



ILLUSTRISSIMIS
ET MAGNIFICENTISSIMIS
INCLYTAE REIP.
AMSTELAEDAMENSIS

CUM MAXIME

CONSULIBUS

HIERONYMO DE HASE G.F.

JOANNI CORVER

FRANCISCO DE VICQ

CORNELIO MUNTER.

ET CONSULARIBUS

NICOLAO WITSEN

JOANNI DE VRIES

DIDERICO BAS

FRANCISCO DE VROEDÉ

GERBRANDO PANCRAS

JOANNI GRAAFLAND.

PATRIAE PATRIBUS
CIVIUM DELICIIS
BONARUM ARTIUM PATRONIS

S. P. D.

HENRICUS WETSTENIUS.



Uotiescunque, VIRI ILLUSTRISSIMI ET MA-
GNIFICENTISSIMI, Romam veterem quum ef-
set sub Consulibus florentissima, cum splendidis-
sima hac Urbe AMSTELAEDAMO, quae Reip.
Batavae compendium continet, ejus saltem ani-
ma esse ac dulce decus & praesidium ab omnibus re-
rum humanarum gnaris & germanis existimatoribus perhibetur,

(a 5)



comparo; nihil mihi occurrere videtur quod illa magnopere invidendum nobis reliquerit. Factum enim illum quem prae se ferebat, & effraenatam dominandi libidinem, quam non nisi Orbis terrae finibus metiebatur, ut Orbis Domina audiret, profecto haud inter felicitates cujuscunque Reip. ponendas, quin potius calamitatibus publicis annumerandas censeo, quum ipsa Roma suo exemplo, sed & maximo suo damno ac pernicie, comprobaverit, suorum finium utut exiguorum, suorum larium & fororum conservationem, multis partibus esse praefendam imperio longe lateque patenti in tot populos, quos nemo sine vi, sine clade, sine sanguine, sine injuria, & sine infinitorum hominum interitu funesto aut summa calamitate subjugare potest. De reliquis Reipublicae seu praesidiis seu ornamentis non est quod contendamus, quum vel ipsi illius aevi homines si forent superstites, Vobis facile victas darent manus. Illorum enim Urbem, quum stante Rep. à Consulibus regeretur, cum hac Vestra, ILLUSTRISSIMI AC MAGNIFICENTISSIMI VIRI, comparare haud facile quisquam in animum inducet, propter disparem valde utriusque conditionem, sive amplitudinem Urbis spectes, sive moenia, aedificia, vicos, pontes & alia consideres. Incredibilem & immanem Romae fateor accessionem factam post tempora Syllae, dum sub Caesaribus crescente Urbe periret libertas Reip. Quum e contrario ex crescente libertate Urbs Vestra insigne illud quo nunc fruitur ceperit incrementum. Deformitatem aedificiorum Rom. angustias flexurasque vicorum, arguit Suetonius; non optimas vias, angustissimas semitas, Cicero. Harum longe alia in hac Urbe est ratio, ubi viae ac vici ut plurimum sunt amplissimi, praesertim qui habent fossas innumeris fere pontibus elegantissimis commissas, & utrinque pulcherrimarum arborum continua serie ornatas atque obumbratas. Substructio Capitolii lapide quadrato, unicum erat illius aevi opus celebre, verum, ut nec Capitolium ipsum, Curiae Vestrae vel mole vel magnificentia aequiparandum. Reliqua vero Urbis Vestrae aedificia publica, tum & privatorum haud pauca, ut sunt splendida, ut egregia, ut ornatissima? tot altissimae turres quam singulare decus non addunt reliquae Urbis Majestati? praesertim si ex ripa portui naviumque stationi adversa spectetur. Quarum navium tantus est numerus, ut mali, antennae atque rudentes, quibus sunt instructae, non nisi densissimam silvam adspicientium oculis exhibeant; naves ipsae universo Oceano domando sufficere videantur, licet earum longe major pars peregrina maria naviget. Curiae porro tum rei maritimae,



tum mercaturae Indicae Praefectorum, amborumque armamentaria sive horrea, ut amplissima atque pulcherrima, ita ob diversi apparatus infinitam pene copiam haud absque stupore conspicienda. Tum hospitia Magnatum, & quae tam multa huic uni Urbi insunt, ut vel integro regno sufficere viderentur, Xenodochia, Gyrgathi, Gerontotrophia, Ptochotrophia, Orphanotrophia & his similia, quibus Romanos illos omnino caruisse oportet, quin vel eorum nomina Latina non habuerint. At quid illorum Delubra ad nostra Tempa? Quid vero Deorum fictitiorum cultus ad aeterni ac veri Numinis adorationem? quorum tam ingens est discrimen, ut nullus omnino detur comparationi cuiusque locus. At Vobis, VIRI ILLUSTRISSIMI ET MAGNIFICENTISSIMI, quam maxime quidem cordi esse aedificia sacra, nemo ignorat nisi qui plane hujus Vestrae Urbis est hospes. At quam longe magis in eo estis, ut Sacrarum rerum Ministri, Viri sint omnidoctrinae, sapientiae, pietatis & facundiae genere praestantissimi; qui Veritates Divinas nulla alia vi, nisi quae rerum inest ponderi, & verbis sanctissimis, instillare atque persuadere studeant. Tanta enim est prudentia Vestra, VIRI ILLUSTRISSIMI ET MAGNIFICENTISSIMI, ut nunquam cuiquam mortali, dummodo impiam de DEO O. M. non foveat sententiam, ob cultum externum, vel minimam injuriam, nedum vim ullam fieri patiamini. Hinc fit, ut dum per totum reliquum terrarum orbem (prout nunc proh dolor! discissa est Religio atque in varios sensus abiens) internecina odia & infernales simultates excitet Sacrorum discrepantia, hic inter tot tam variis praeceptis institutos atque imbutos cives vestros, non nisi maxima semper appareat animorum conjunctio; quique in omnibus actionibus, dictis & factis, mirifica quadam voluntatum conspiratione hoc unice videntur spectare, aut in votis saltem habere: NE QUID DETRIMENTI RESP. CAPIAT. Proxima cura Vestra sunt pauperes, aegroti, debiles, mente capti, decrepiti, viduae, orphani, quorum licet immensus ita sit numerus, ut exercitum referat potius, quam unius Urbis plebeculam, nihil tamen illis unquam decedit quod ad vitam commode sustentandam sit necessarium. Quin domos habitant plurimi, at quot & quantas! Viris principibus digniores dicerem quam iis qui stipe collatitia vivunt, nisi hos Servator noster proprium sibi peculium affirmasset. His mihi nunc liceat addere ergastula, quibus tum pestes reipublicae ac propudia & dehonestamenta generis humani coercerentur, tum mendici Urbem otiose pervagantes cohiberentur, ac proprio labore vi-



etum sibi parare docentur. Haec omnia & longe plura vident qui Urbem Vestram invifunt peregrini, quique ad tot & tanta miracula obftupescunt. Horum sagaciores, altiora indagantes, mirantur Magistratus, Leges, Judicia, atque in numerosissimo omnis generis populo ordinem mirificum. Mirantur Civitatis splendorem, divitias, omniumque rerum ex toto reliquo terrarum orbe advectarum abundantiam, ut hinc merito totius Europae emporium audiat. Mirantur civium Vestrorum ingenia, diligentiam, studia. Mirantur ingens illud orbis miraculum, Societatem Indicam, quae levibus principiis a privatis hominibus excitata, post tot Urbes, provincias, insulas, imo & integra regna capta ac in potestatem suam redacta, jam toti Orienti est formidabilis. Ubi & novum miraretur prodigium Cyneas, quum hic quidem non Senatum Regum, ut in Urbe, sed Senatum privatorum tot Regibus imperantem, suspecturus esset. In Illustrissimis Magistratibus mirantur imprimis, rarissimam modestiam, ubi summi Viri nullo fastu, nullis licitoribus, nullis fascibus vel securibus stipati incedunt, neque amictu a reliquis suis civibus distinguendi. Certissimo argumento, nulla Vos VIRI ILLUSTRISSIMI ET MAGNIFICENTISSIMI, gloriae cupiditate Reip. invigilare, sed solo amore Patriae, ut Civitati atque civibus bene fit. Quid ergo mirum si & Cives Vestri tanta Vos colant reverentia atque veneratione, si in oculis suis ferant, quum & se a Vobis in sinu gestari habeant perspectissimum? quum illis semper tanta mansuetudine Vestrae pateant januae atque aures, ut vere cum Patribus Optimis sibi rem esse sentiant? Qui nullam unquam illis legem fertis, quin Vos primos legi parituros, civibusque Vestris exemplo praeituros declaretis. Horum commodis quantopere inferviat, testantur inter alia stupendae illae moles, quas tanta sagacitate, tanto Urbis Vestrae bono, furiosis aestus marini fluctibus arcendis opposuistis. Testantur machinae hydraulicae & reliqua extinguendis incendiis remedia, ut supra fidem promptissima, sic & plane mirabilia, in hac Urbe Vestra primum inventa atque adornata; sicut & lucernae publicae quibus ad unam omnes totius Urbis semitae tam splendide illustrantur, ut illis commode vel concubina nocte quisquis sive civis sive peregrinus uti possit; idque pari securitate ac in plena meridie. Quod miraculum in tanta variarum gentium colluvie unica Vestra prudentia effecit. Judiciorum Vestrorum tanta est integritas, tanta aequabilitas, ut nusquam terrarum magis ex praescripto juris, legum & aequitatis jus dicatur, nusquam Judicum aures minus pateant favori aut cri-



minationi cuicumque. Sola atque unica Justitiae est vis ; potentiae aut impotentiae malorum hominum nulla. Habeant ergo Romani quibus gloriantur Magistratus, qui justitia, prudentia, fortitudine, probitate, temperantia, frugalitate, facundia, magnanimitate civibus suis praefulserint ; Sunt & nobis quibus gloriemur nostri Curii, Fabricii, Camilli, Fabii, Scipiones, Catones, Cicerones & alii, qui si non armis ut illi, arte profecto atque consiliis Remp. insigniter juvant, regunt, instaurant, ornant atque fulciunt. Quorum quanta sit sapientia difficillimis hisce temporibus inprimis elucescit, quibus causa publica contra potentissimum & vaferrimum hostem, qui perniciem ac pestem vano non minus quam audaci consilio minitari non dubitat, non nisi summa sagacitate sublevari ac sustentari potest. Quae quidem Vobis VIRI ILLUSTRISSIMI ET MAGNIFICENTISSIMI, inest tanta, ut in dirissima tempestate commodius vivant Cives Vestri, quam alii in illis regionibus, quae nomine felicitatis ac tranquillitatis sibi inprimis placent. Haec quidem expertus loquor qui jam per octo fere lustra sub clementissimo benignissimorum Magistratum patrocinio vitam hic ago minime otiosam, nec & Dei munere infelicem. Gratias VIRI ILLUSTRISSIMI ET MAGNIFICENTISSIMI, Vobis dignas referrem si possem. Quum nequeam, hoc saltem grati Vestrorumque beneficiorum memoris animi monumentum extare volui, qui nihil majus unquam duxi, nihil bono civi convenientius, non solum ne unquam faceret quae piissimis Patriae Patribus displicere possint, sed ut nec unquam ageret aliud quam id quod illis placeret quam maxime. Ingenui enim Civis esse semper existimavi, molestum illum laborem Sanctissimorum Patrum, quem in administranda Rep. satis superque devorare necesse habent, bene agendo pro viribus sublevare. Haec liberis meis, quum me numerosa prole Deus O. M. beaverit, inculcare, ut Vobis, Deo benigniter annuente, cives bonos, utiles & obsequentes educarem, pro viribus studui; ac ne vel Vobis, vel Urbi Vestrae unquam dedecori essem, sedulo cavi. Quod meum institutum si & Vos ILLUSTRISSIMI PATRES probaveritis, ac quaecumque hoc observantiae meae pignus placido quo soletis ac sereno vultu susceperitis, punctum omne tulisse mihi videbor. Quod reliquum est, Deum immortalem suppliciter oro atque obtestor, ut pro salute & incolumitate aeternae Urbis, e cujus salute totius Reip. salus pendet, pro sua immensa bonitate excubet : ut Vos, PATRES ILLUSTRISSIMI, qui nunc ad clavum & gubernacula rei Amstelaedamensis

(b)



divinitus sedetis , magno Reip. bono & Vestra cum sempiterna gloria , ceterosque qui in societatem curarum & laborum veniunt , quam diutissime salvos & incolumes conservet , utque Vos , Vestrosque Liberos & Propinquos , in praesidium ac tutelam Reip. natos , omnibus seu fortunae seu naturae bonis , quae quidem cadunt in conditionem humanam , quam cumulatissime beet , ut Vobis Rectoribus , Vestrumque similibus , Urbs incomparabilis inter ceteras Orbis Urbes emineat , ut inter reliqua sidera Sol exsplendescit , atque ad altissimum beatitatis fastigium perducta efflorescat seculis innumerabilibus. Vos vero PATRES OPTIMI , ea qua par est animi submissione vehementer rogo , ut me , meosque , meaque studia bonis litteris atque moribus colendis & ornandis unice destinata , favore Vestro atque benevolentia prosequi , complecti , ac tueri ne dedignemini , quoad scilicet re ipsa intellexeritis , nihil in omni vitae actionumque nostrarum tenore nobis antiquius esse , quam ut ad unum omnes & boni viri , & boni cives , & simus & habeamur. Dabam Amstelaedami a. d. iv. Kal. Maji , clo Io ccvi.



BENEVOLO LECTORI

HENRICUS WETSTENIUS S.



Eteris more fabulæ, prologus in scenam prodeò præfatio-
num sequentium; quarum cum major hic sit frequentia
quam vulgo solet, & ejus rationem reddere, & monere
quaedam alia constitui quæ ad hujus editionis historiam fa-
ciunt; tum & ne debita laude fraudarentur, qui liberali ma-
nu symbolam quisque suam contulerunt, quò Pollux prodi-
ret ornatior. De quo in lucem edendo tum coepi primum
cogitare quum mihi comparassem variantes lectiones Ce-
leb. *Isaaci Vossii*. Post hæc egi cum Cl. *Kühnio*, Linguarum Orient. in Acad.
Argentoratensi Professore P. ut & nobis suas notas concederet; nec tulimus re-
pulsam, præsertim cum reciperem me & alia subsidia procuraturum, quibus il-
le omnino carebat. Codicem Antwerpensem debeo humanitati Rev. Viri *Dani-
elis Papebrochii* Soc. Jesu Presbyteri, cujus & erat ornamentum singu-
lare. *Salmasianas* & *Valesianas* curas subministravit opera Viri omni encomio
majoris *Jo. Georgii Graevii*, cujus memoriam nunquam sine lacrymis re-
colo, ita me amavit tenerrime Vir candidissimus, quem & ego vicissim pluri-
morum annorum spatio amavi imprimis, suspexi & colui. Nunquam mihi ex-
cident amicissima quæ olim ad me dedit verba: Nostram animorum conjunctio-
nem virtutis radicibus nixam nihil dissociabit, nisi quæ nos rebus omnibus vale-
dicere jubebit extrema hora. Nec defuit unquam promissis Vir optimus: cujus
sacrosancta mihi semper erit atque suavissima recordatio. *Salmasianum* codicem
obtinuerat Cl. *Graevius* ab *Ludovico Salmasio* Claudii filio; *Valesianum* a *Gui-
lielmo Præstello* Antecessore Aurelianensi; quorum benevolentiae hæc accepta
referimus. Qua ratione his usus sit Cl. *Kühnius*, ipsius indicat præfatio: ut
& quibus indiciis primum investigaverit in Commentarium eruditissimum *Gotho-
fredi Jungermanni*, quem tamen nunquam vidit, licet ipsi ante obitum inno-
tuisset ubi haereret. Nempe *Illustri Artopœus*, Cancellarius *Zeizensis* non an-
te destitit inquirere quam invenisset. Latitabat hic tantus thesaurus *Altorffi* pro-
pe *Norimbergam*, apud futorem quendam, cui illum nescio quis pignori dede-
rat pro paucissimis nummulis; quatuor nimirum imperialibus. Hunc quum na-
ctus esset, misit ad *Illustrem Ulricum Obrechtum*, Praetorem Regium apud
Argentoratenses, Virum quantivis pretii, qui illum ultro describendum obtulit
fratri meo *Jo. Rodolfo Wetstenio* SS. Theologiam in Acad. *Basilicensi* publice pro-
fitenti, qui ejus apographum ad me misit. Quum vero paullo post ipse inno-
tuissim *Illustri Obrechtum*, qui tunc *Francofurti* ad *Moenum* Legatum Regium
agebat, tanta me benevolentia subito complexus est Vir magnus, ut plus quam
plumbeus sim si memoriam ejus non reverear quoad vixero. Et erat profecto il-
li Viro humanitas atque comitas singularis, eruditio stupenda, ingenium feli-
cissimum, ut dubius semper haeserim, quodnam horum magis in illo mirandum
foret. His enim pollebat omnibus supra fidem: propensissimus præterea in o-
mnia quæ bonis litteris adjuvandis conducere possent. Is mihi concessit autogra-
phum *Jungermannianum*: & quum me laborare videret de Viro graecæ docto,
cujus ope in edendo Polluce uti possem, *Argentorato* me hujus beneficii ignaro
arcessivit eruditissimum *Lederlinum*, Cl. *Kühnii* quondam discipulum, cujus

(b 2)



diligentiam atque candorem quum integro triennio expertus sim, debitâ laude frustrare nolo. Huic egregio Viro illud accidit singulare, ut jam adultior & omnium litterarum rudis, ab alio juniore prima elementa didicerit; at tantos subito in studiis fecerit progressus, ut hunc ipsum suum in legendo magistrum haud multo post in graecis & latinis habuerit discipulum. Editionem Pollucis perduxerat ad cap. xxvii. libri VII. quum Argentorati in Praeceptoris sui locum sufficeretur. Itaque illam *Hemsterhusio* nostro absolvendam reliquit. Qui & nondum ad finem perducto Polluce, Philosophiae & Mathesi publice docendae in hac Urbe praefectus fuit. Quid uterque praestiterit ex eorum praefationibus disces. Intelligis benevole Lector unde nobis haec praefationum seges? Nec tamen ideo omittendas duxi illas quas editionibus suis praefixerant *Seberus*, *Grynaeus*, *Carteromachus*, *Aldus*. Restat hic commemorandum beneficium Rev. Viri *Arnoldi Moneni*, Verbi Divini apud Daventrienses Praeconis disertissimi, qui nobis copiam fecit illius Codicis qui Falckenburgianus audit. Cujus historiam quum narret Cl. *Lederlinus*, eandem hic repetere nolo. Illum profecto Falckenburgii credidit Cl. *Graevius* meus. Indices priores quatuor, qui ad textum Pollucis spectant, novos, eosque ante hac editis longe ampliores & accuratiores, confecit *Stephanus Berglerus*, Transylvanus, graece & latine doctissimus, hincque meliori ea qua nunc utitur fortunâ dignus. Reliquos tres ex notis conscripsit Cl. *Joannes Scherpezeelius*, Gymnasii Harderviceni Rector eruditissimus ac diligentissimus. Icones nummorum quas libro IX. adjunximus, a Viro Spectatissimo *Jacobo Wildio*, nummis & signis antiquis rarioribus evulgatis celeberrimo, suppeditatae sunt perhumaniter. Quae optimorum Virorum in hunc Scriptorem merita turpi silentio praeterire nec volui nec debui, ne ingrati nota in me caderet, quam ut effugerem pro viribus semper cavi. Tu Lector benevole, labore nostro utere & vale.



JOACHIMI KÜHNII
 PRÆFATIO
 AD LECTOREM.



Am viginti ab hinc annis & quod excurrit, Lector Benevole, *Specimen Notarum in Pollucem* eo animo edidi, ut Autori vitii obfiteo pristini nitoris vindex idoneus aliunde existeret. Quod si impetrassem, bene cum ægroto, bene mecum esset actum. Ille enim dudum sanus & expositus in doctorum versaretur manibus; ego vero lætus, *Pollucem* sibi meo indicio restitutum, Actor secundarum æquo animo mansissem. Verum enim vero, dum alios doctiores diutius exspecto, pæne in torporis desidiæque suspensionem incidi. Nam qui editionem ut debitam improbius flagitabant, etiam justas recusandi oneris causas laboris fugam interpretabantur. Ita de proposito gradu dejectus, in casum me dare & omnia potius experiri quam piger audire malui. & jam protinus ingrediore dicere, quodnam nostrum in *Polluce* studium pro viribus fuerit. Primum igitur elaboravimus, ut quæ fundo Textus Græci maxima suberat calamitas, duorum MStorum ope profligaretur, mendisque plurimis expunctis melior lectio succederet. Mihi equidem religioni fuisset, in Textu vel tantillum movere, nisi consentiens doctissimorum Virorum autoritas manifestiores culpas ubique malæ fidei possessione dejicere iussisset. Præterea loca Veterum, quæ in *Polluce* depravata extant, quantum potui, ex impressis Codicibus restitui, ut sanus inde sensus elici posset. nonnunquam ex comparatione parium vocabulorum Autor sibi ipsi medicinam fecit. Cætera quæ vel diversæ lectionis MStorum sunt, vel genio linguæ vel conjecturæ aut repetitæ cogitationi debentur, in *Notulis* profiant. Quod porro *Latinam Gualtheri Versionem* attinet, sæpissime in *Notis* corrigitur ubi Lectorem morari possit, & ipsa sibi densiores offudit tenebras. a levioribus erratis nullum doctis periculum imminere ratus, camarinam hanc non movendam censui. Veniet aliquando tempus, si quid veri mens augurat, quo aliquis utriusque Linguæ peritus non veteri panno novum affuet, sed ex bonis Græcis bona Latina de

integrò dabit, & gemino absolutoque *Indice* recta juventutis studia non parum demerebitur. Mihi enim

Est aliquid prodire tenus, si non datur ultra.

Hæc de conatibus nostris in *Pollucem*. Sequuntur ex ordine subsidia, sine quibus tam vastum mendorum mare minime licuisset enavigare. Inter ea primo occurrit *Codex MStus chartaceus*, a *Demetrio Chalcondyla*, Graji sanguinis Grammatico superiori seculo, varios dominos & hoc temporis *Antwerpia* in Bibliotheca P. S. I. propriam stabilemque sedem nactus; unde singulari humanitate *Rektoris* nostros in usus depromptus, proxeneta *Henrico Westenio*, bonam nobis operam dedit, & iter ad veram lectionem subinde monstravit instar statuæ Mercurialis. Scriptura equidem non ab una manu est; nam modo vetustior modo recentior apparet: veruntamen antiquius fuisse exemplar, unde transcriptus est, vel hinc colligi possit, quod in margine tantum habeat, quæ successu temporis paulatim Autori accesserunt, eaque minutiore characterè expressit, tanquam aliena ab archetypo. Præterea tersus & integer ad finem usque decurrit, nisi quod in medio folia quædam, interdum & *Prefationes* librorum, ubique vero Veterum Testimonia a *Polluce* laudata desiderentur. Deinde *Varias Lectiones* perpetua serie e *Codice MSto Isaaci Vossii* excerptas a laudato *Westenio* accepi, & ex hoc ungue leonem æstimans, nihil tam magnificum dici posse arbitror, quin id bonitas illius Codicis longe superet. Quanta enim vitiorum sentina in *Polluce* per eum exhausta! quot lacunæ passim expletæ! quot locis desperatis vita reddita! Idem mecum sentiet, quisquis in rem præsentem venire sustinuerit. Cum igitur tantum adjumenti nobis proveniret ab illis *Excerptis*, & hoc pacto omnes Lectiones ipsius Codicis in numerato quasi habuerim, eadem nomine *Codicis Vossiani* designare nullus dubitavi. Habes B. L. auxilia, quibus secundum Deum fretus *Notulas* quasdam & Emendationes chartæ in publicum exituræ commisi. Quo factò, e Bel-



gio opera *Weistheniana* supervenerunt *Cl. Salmasii Variæ Lectiones & Observationes in Pollucem, ejusdemque Collationes Pollucis cum MStis*: Item, *Henrici Valefi Annotationes & Emendationes in Pollucis Onomasticum, quas fronti & calci Editionis Seberi adscripserat, ut & Variæ Lectiones ejusdem ex MSto, quas in margine annotaverat*. Unde fluxerint *Salmasianæ Lectiones*, nuper me docuit *Celeberrimus Grævius* ex literis *Jungermanni* ad *Salmasium* datis, quas ante viginti annos *Lugduni* apud *Jacobum Golium* vidit. nempe omnes e *Codicibus Palatinis*, quas adolescens *Salmasius* consuluit, petitæ. est tamen, ubi & *Pithæi Codicem* laudat. de *MSto Valefi* nihil mihi compertum vel auditum. Equidem *MStum Sirauchii* alicubi citatum vidi. an vero omnes eidem debeat *Lectiones*, dicere non habeo. id saltem primo oculorum conjectu deprehendi, *Utriusque Lectiones* cum *Nostris* plane convenire, & *MSta* nostra omnia in uno ludo docta esse. nec faciunt numerum loca illa in quibus a se discedunt. quicquid autem in *Tantium Virorum Annotationibus* erat, bona fide servatis ipsorum nominibus, *Notis* nostris subtexui instar late splendentis purpuræ. Hinc etiam multa & præclara in *Pollucis* textum plena manu congesta esse, vel me tacente constabit, *μεγάλη χάρις αὐτοῖς*, pro mantissa nostris obsoniis præferenda. Atque hæc subsidia uti citra pulverem mihi obtigerunt, ita fugitivum *Jungermanni Codicem* nulla industria prehendere potui. Habuit enim *Gruteri* opera e *Palatina Bibliotheca* alium ab iis, quibus *Seberus* usus est, una cum *MSto Harpocratonis* in membrana vetustiori, sicut ipsius ad *Hæschelium* epistola testatur, quam *Illustris Obrechtus, communis Eruditorum Patronus*, inter *ἀνέκδοτα* sua asservat. Operæ pretium fuerit cognoscere quibus coloribus ipse *MStum* suum depingat. *Totus est*, inquit, *& multis partibus rector Vulgato. sed sæpissime etiam mutilatus, & in Testimoniis Autorum decurtatus. certe in duobus Libris, quos contuli, Exscriptor pessime involvit sæpe multa illis verbis, καὶ τὰ ὅμοια. Nescio an suspicari debeam, Eclogas esse, quales Tuas in Athenæo Casauboni lego. Præfationes tamen sæpe sunt adscriptæ, interdum etiam lemmatum Caput Index. In prioribus sane libris duobus tam sæpe abit a Vulgato, ut mirer, quod tam aliis verbis & alio casu inflexis natur.* Hæc ille in dicta epistola. Qua lecta descriptione, continuo cogitare cœpi, annon quæfiverim id, quod præ manibus habui. Nam sine exceptione omnia cadunt in *MStum Antverpiensē*, quæcunque in suo laudat, quæque desiderat. inprimis formu-

la compendiaria, καὶ τὰ ὅμοια qua non *Exscriptor*, ut *Jungermannus* voluit, sed ipse Autor usus videtur, probe gnarus, se Principi scribere longos logos aspernanti. Postea brevitatis Autoris certa ratione astricta pro macie, maturumque judicium pro sterilitate fuit, & quidam nimis seduli, perrupto limite, καὶ τὰ ὅμοια, addiderunt, quæ scilicet perfectioni operis derogarent, si abessent. Non tamen simpliciter abnuerim, esse, ubi *Exscriptoris* sit hoc compendium, καὶ τὰ ὅμοια. Æque infeliciter, ut hoc statim subjungam, cecidit opera in eruendis *Jungermanni Commentariis* in *Pollucem* collocata. novimus equidem ex *Epistola Jungermanni* ad *Lingelsheimium*, quod Volumen illud jam tum ad lib. VII. *Pollucis* perductum, sexcentas paginas impleverit; novimus quod testamento *Jungermanni* relictum sit *Sebero*, fatente ejusdem epistola ad *Hæschelium*. sed quorum avolarit post fatum *Jungermanni*, aut ubi terrarum adhuc delitescat, juxta cum ignarissimis scimus. Itaque nostris rebus contenti, *πρόσιον περτυίνειν* definamus. Sufficiant ista de subsidiis, quæ fuerunt, quæ non fuerunt. Quod denique ipsum *Pollucem* attinet, jure merito eum laudare superfedemus. quis enim hodierno die illum vituperat? quis e doctorum choro neget, nihil in hoc genere scriptionis extare *Onomastico* utilius? nihil ad perdiscenda *Græca* instructius? nihil ad quævis studia accommodatius. Olim quidem, dum vixit *Pollux*, coævum *Sophistam Lucianum* in duobus *Dialogis* acerbissimum expertus est censorem. in altero horum nominat *Pollucem, Lexiphanem*, id est, *ditionum monstratorem, Onomacrium & Onomarchum*: in altero, *Rhetorum Præceptorem. Lexiphanis* nomen impexit ei propter *Onomasticum*, in quo hinc inde obsoleta Veterum *Græcorum* vocabula laudantur. hinc natus ille est dialogus *Luciano*, in quo *Lexiphani* tribuit sermonem ante mille annos receptum, si modo inquinatissima rancidæ vetustatis & musteæ novitatis colluvies sermo dici meretur. Sed quilibet, qui *Nostris Præfationes* in singulos *Onomastici* libros & orationis fragmenta apud *Philostratum* legerit, facile videat, styli sui naso nimis hac in parte gratificatum esse *Lucianum*. Cæterum illa loquendi sribligo jocularis & levis est præ convitiis in *Rhetorum Præceptorem*, id est, *Pollucem* quasi e plaustro jactis. Prima ejus incunabula, vitam, mores, doctrinam, nomen, habitum, vocem denique & stylum perstringit, & nihil sibi ad summam maledicentiam reliquum fecit. Inprimis vero id egit, ut *Pollucem* male suo defungi officio



ostenderet. Notum enim est, quod *Pollux* Athenis *Thronum*, vel cathedram professoriam *Rhetorices* a *Commodo* Imperatore obtinuerat, adeoque Artis præcepta usumque eorum juventuti tradebat, quotidie duas orationes partim pro Cathedra, partim de plano pronuntiando: cui honori e publico accedebat myrias vel mille coronatorum stipendium. Isto Throno indignum *Pollucem* toto dialogo clamat *Lucianus*, & tantum non dicit, ἔχαι μυρία τὸν ἄνδρα; drachmarum myrias non facit virum aut strenuum Rhetorem? Eodem tendit, quod non Græcum, non Romanum, sed *Celtam*, corpore scilicet validum, at ingenio pinguem *Polluci* in disciplinam dedit: ἔπον μόνον ὃ Κέλτιον μέλημα (ita enim legerem pro Κλητίς μ.) sequere modo, o *Celta* charissime, mea maxima cura, quo te duxero, inquit apud *Lucianum* *Pollux mimicus*, quibus verbis simul ad scomma Adversariorum, quo *Pollucem* dixerunt *Arduenna Sophistam*, alluditur. *Suidas* quidem illud male accepit, dum ex *Arduenna* nobis exsculpsit nescio quam urbem *Phœnicia*, *Pollucemque* eadem opera ex *Egyptio* in *Phœnicem* deformat. Verum aliud, meo quidem iudicio, sub hac figura latet; nempe voluerunt male-

voli mordere *Nostrum* ὡς κύνες λήθαργοι hoc dieterio, & oblique indicare, quod Athenis doctiores *Sophistæ* nacti sint Auditores e cultis populis, qui ingenia domo attulerunt ad percipiendas artes a natura factas. *Polluci* vero ab *Arduenna*, horrida *Gallia* sylva, venerint discipuli cœlo soloque patrio asperiores, qui se naribus trahi sinebant, quocumque magister præiret. Inter eos facile se jactasse *Pollucem* ut βασιλέα ἐν τοῖς λόγοις, & μὴ εἰδῶτα ἐν μὴ εἰδῶσι cum ingenti applausu rhetoricatum esse. hinc *Arduenna Sophista* audivit, hinc & *Lucianus* Κέλτιον μέλημα ei formandum dedit. Sed omnia ista non amplius feriunt *Pollucem*, ut nunc in mundo est, nec quicquam *Onomastico* laudis detrahunt. Eadem ratione transmittimus, quæ in stylo *Pollucis* carbone notata *Philostrato* in *Vitis Sophistarum*, quid enim attinet cum mortuis luctari, & dudum abolita & sepulta scripta operose defendere? Melius fuerit, præfationi modum finemque tandem imponere. Vale igitur L. B. & si non omnia minima maxima menda a nobis sublata inveneris, unum post homines natos *Herculem* perpurgando *Augia* stabulo fuisse, cogites oro quæsoque. Script. *Argent.* Idibus Julii Anno MDCXCVI.



LECTORI BENEVOLO

S. D.

JOHANNES HENRICUS LEDERLINUS,

Linguarum Orientalium Professor Publicus & Ordinarius Argentorati.

Rodit tandem multis eruditorum votis expetitus, multis eruditorum lucubrationibus jam inde a seculo fere illustratus liber; tardius hercle, quam elephantem parere vulgus existimat: illam enim decem annos in utero gestare antiquis proditum est. Ast in hunc partum in lucem edendum, cum eo quidem, quo nunc conspicitur, splendore, plus centum annis opus fuit. Quotquot enim fere doctissimorum Virorum in hac nova editione comparent explanationes, quotquot item restitutiones, omnes ita sunt comparatae, ut auctores illarum, aut nullos plane, aut exiguos saltem industriae suae fructus, dum viverent, reportarint. Adeo quidem, ut qualia Julio nostro Polluci ejusque Criticis obtigere fata, nullum alium scriptorem, Graecorum imprimis, fere expertum fuisse dicere non dubitem. Ut alia enim taceam, nulli eorum, qui editionem hanc novam moliebantur, tam beato esse licuit, ut illam ἀπαρεμπόδιως atque solus ad finem perducere potuerit. Cujus rei cum & ipse vivus adhuc testis supersem, operae pretium esse duxi, ut Benevolum Lectorem de iis, quae mea opera in hac editione praestita sunt, redderem certiore. Postquam e patria suavis & hortatu cum aliorum, tum vero imprimis Illustris Obrechtii, studio peregrinas visendi terras, & in linguis ulterius proficiendi, discessissem, & per tempus aliquod Francofurti ad Moenum degerem, occupabar primum jussu Illustris Viri in conferendo MSto Jamblichi cum editis ejus operibus, & describendo ejus tractatu nunquam haecenus edito περί κοινῆς μαθηματικῆς. Quem auctorem editurus modo laudatus Vir fuerat, nisi typographorum παιδες cunctando opus hoc impediissent. Quare nihil quoque ejus rei publicum haecenus vidit, praeter versionem de vita Pythagorae, quam Illustris Vir magno cum successu felicissime confecit. Reliquas vero innumeras, quas excerpsumus ex manu exarato Codice restitutiones una cum libro in edito περί κοινῆς μαθηματικῆς, eruditissimo, dum viveret, Viro Thomae Gale, qui Jam-

blichi opera se in Anglia editurum promiserat, transmisit. Quae omnia, ut etiam post horum omni peritia celebrium Virorum fata, ii, in quorum sunt manibus, non diutius latere sinant, quavis animi contentione rogandi sunt. Hoc labore in Jamblichum ad finem perducto, cum Belgium adire esset animus, opportunum nactus comitem Virum Reipublicae literariae bono natum Joh. Henricum Wetstenium, sic permittente, imo incitante Illustri Obrechtio, cum quo iter aggressus, feliciter Amstelredamum perveni. Ubi cum memoratus Wetstenius in itinere pariter & dein domi saepius narraret, qua ratione Julii Pollucis Onomastici editionem novam instinctu Clarissimorum Virorum & imprimis Obrechtii meditaretur, recenseretque ea, quae jam in eam rem acquisivisset undique subsidia, imo tandem Obrechtum sibi me non inutilem ipsi navaturum in edendo hoc Auctore operam spem fecisse, saepius repeteret, ego vero subinde tanto oneri ferendo meos humeros impares esse ingeminarem; ecce redduntur nobis literae ab Illustri Obrechtio, in quibus a Bibliopola & a me specimen novae hujus editionis petit. Verum cum ne sic quidem hoc in me onus suscipere auderem, & quidvis potius me facturum, quam immaturum foetum in lucem publicam enixurum diccrem, aliae nobis, & mihi imprimis traduntur literae, quibus non amplius petebat Illustris Vir, sed plane, ut morem tandem gererem, imperabat. In his constitutus angustiis, cum petitionibus & imperio Illustris Viri ne resisterem, debita erga illum ex una parte veneratio, ex altera vero impediret naturalis timiditas, & imbecillitatis meae conscientia, vicit tandem Viri auctoritas. Quare acceptis iis, quae novae editioni adornandae magna, qua Vir Optimus gaudet & industria, & propenso in bonas literas studio congesterat, postquam paulo accuratius omnia lustrassem, manus tandem operi huic admovere, & specimen aliquod Eruditis exhibere visum fuit. Quod cum non Illustris Obrechtii tantum, sed & communi aliorum in his literis praeripimus laudatorum, Graevii, Peri-



zonii, Wetstenii, Clerici, Francii, Broukhusii atque aliorum, qui omnes magna nominis sui fama passim inter eruditos innotuerunt, calculo esset comprobatum, quo coeperamus filo, telam pertexere perreximus. Ut autem ordine quid cum in specimine, tum vero reliquo operis progressu in nova hac editione præstitum sit, Benevole Lector, cognoscas, sic habeto. In adornanda hac editione nostra, cum variæ ob oculos versarentur editiones, Seberi potissimum, utpote tunc temporis adhuc optimam, nobis sequendam elegimus; hac tamen observata ratione, ut prius textum græcum ipsum restituerimus, quantum fieri possibile fuit ex iis correctionibus atque emendationibus, quas Clarissimus Joh. Joachimus Kühnius Codici Basileensi ex Excerptis Vossianis atque Salmasii, & MSto Antwerpensi manu sua adleverat. Ipse enim Præclarus Vir Pollucem editurus fuisset, nisi mors præmatura meditatam interrupisset opus. Textu græco ita emendato, & multoties aucto, aut etiam adeo mutato, ut Pollucem in ipso Polluce quis quærere possit, ab initio versio quoque Gualtheri nobis interpolanda, aut etiam nova exhibenda videbatur: quanquam, ut verius dicam, illam plane omittebam, & omissem quoque, nisi alia omnia nobis Bibliopola suavisset; & verendum quoque fuisset, ne olim quereretur quis aliquid novæ huic editioni deficere, quod priores habuissent, & dicam nobis ejus rei causa scriberet. Novam versionem adornare per temporis angustiam plane nec licuit, nec commode & cum laude a quoquam fieri potuisse aut adhuc posse, audacter asseveraverim. Norunt hoc ii optime, qui Pollucem norunt. Cum enim Pollux sæpissime, & fere non semper, synonyma recenscat, & epitheta, phrascs modosque loquendi antiquorum examinet, proque obsoletis & minus bonis meliores substituat, & ut breviter dicam, copiam orationis græcæ iis, qui græce discere volunt, suppeditet, quis quæso in tanta linguæ latinæ penuria tot vocabula reperiet, quibus eadem quæ græcis vis atque significationis insit ratio? & si vel maxime invenerit, (quod tamen fieri posse a quoquam pernego) versione certe sua non græcam linguam, sed latinam docebit. Quis porro vitiosas loquendi rationes Græcorum, aut poeticas, & tragicas, vel dithyrambicas cum melioribus in latina lingua, aut iisdem vocabulis ita exprimet, ut Lector græca inspicere non habeat opus? Ut taceam, quæ certis auctoribus tantum usitata passim citat: quæ si vertere velis, oleum & operam perdas,

necessè est. Ex innumeris exemplis hæc accipe: Pollux noster libro III. Segm. 70. sic ait: Φιλίπαις, παιδερασίας, παιδοφίλης, ὡς Τηλελειδῆος καὶ παιδοφιλείσθαι Πλάτων εἴρηκεν ὁ Καμμίος· ὁ μὲντοι παιδέρως Ζεὺς παρὰ Τηλελειδῆ πέπαιται &c. Quomodo hæc latine exprimes? An cum Interprete dices? *Puerorum amator, Cinadus, ut Teleclides inquit. Et puerorum amori operam dare, dixit Plauto Comicus. Et Jupiter puerorum amator, apud Teleclidem fictus est.* Haud sane crediderim sic aliquem hæc redditurum latine, aut sic latine reddita absque græco intellecturum. Sed rei manifestæ immorari, & plura exempla coacervare, quæ fere ubique obvia sunt, nolo. Quod enim aliquis de Aristotele olim pronunciaverat, eum tam sine græcis literis intelligi optime posse, quam sine se, id verissime de Polluce nostro dici posse existimo. Quæ cum ita sese habebant, placuit tandem Gualtheri versionem interpolare, & quantum fieri poterat, talem reddere, quæ cum fructu a Lectore in Græcis minus exercitato consuli posset. Idque per integrum librum primum a nobis præstitum est: ita tamen, ut & in illo libro adhuc multa sint, quæ diligentiam nostram fugisse, nequaquam diffiteamur. Sic inter alia quando Pollux ἵππης tradit ἔπαινον libri I. Segm. 189. ita legitur in græco: τράχηλος εὐναμπής, ὡς ἀλεκτρούωνων, ἀλλ' ἐχ' ὄσπερ κάρπης ὀρθός. Quæ interpres Gualtherus in versione sua hoc modo expressit: *collum incurvum gallorum more, non rectum, ut hircorum.* Ubi licet pro *incurvum* substituerim *flexile*, tamen ob nimium urgentes operas non animadverti gravius hic latere erratum, & tale quidem, quod vel illorum, qui primis, ut ajunt, labris hanc linguam degustarunt, illico incurreret oculis; illud hircorum nimirum, quod perbelle scilicet vocem græcam κάρπης exprimit, quæ *aprum*, nec unquam *hircum* notat. Idem scilicet accidit Interpreti, quod & alias: sic libro I. Segm. 24. ex Diis παλαμνζίοις, *cadis ultoribus*, ut nostra versio habet, ille in sua versione, *homicidas* fecerat. Verum ejus monstra quis narrabit? Unde & eo facilius veniam consecuturum spero, si in aliquibus Argi destitutus oculis falsa pro veris reliqui. Herculeo etenim labore ad hoc Augiæ stabulum repurgandum opus fuisset. Verum, ne quis iniquius forte Gualthero, quam par est, insultet, & ejus versionem scommatibus excipiat, age indicabimus ex ipso Gualthero qua ratione illi hæc versio confecta sit. Epistola enim XLIX. Centuriæ II. Epistolarum selectarum superiori seculo ab Illustribus Viris scriptarum vel a Belgis, vel



ad Belgas, edit. Lugdun. Batav. c1o 1o c. xvii. ita Rudolphus Gualtherus : Pol- lucis translationem ante annos fere qua- draginta adolescens adhuc adgressus sum, cujus me sæpe puduit, cum quod multis in locis me hallucinatum esse, postea vi- derim, tum quod, cum me procul ab- sente liber excuderetur, multi loci a ty- pographi operis corrupti sint. Et Epi- stol. L. Julii Pollucis versionem apud nos non inveni. Ego unicum exemplum ha- beo, cum Græco conligatum, quod si Tibi eo opus sit, libenter communica- bo: quamvis sciam, Te illo non multum juvari posse, quando pœnitet illam ver- sionem unquam sub meo nomine prodiis- se: & optarem Te illi auctori restituen- do manum admovere, ut meus ille fœ- tus immaturus vel hac ratione totus abo- leretur. Hactenus Gualtherus. Ceterum, ut ad versionis correctionem, quam per li- brum primum invitus licet tentaveram, red- eam, sciendum est, me in reliquis libris vel plane nihil, vel non nisi gravissimos erro- res, & qui operarum forte incuria commis- si fuisse nobis visi sunt, mutasse. Postquam enim librum secundum typis excubere cœ- peramus, morem Illustri Obrecht, cui plane nihil in versione antiqua mutandum, nec etiam nova adornanda, videbatur, gef- si, & versionem Gualtheri prout illa a Se- bero exhibita fuerat, imprimi curavi. Et hæc de versione sufficiant. Redeo ad tex- tum Græcum, quem aliter in hac editio- ne, quam præcedentibus omnibus, & me- liorem quidem atque plenioram dedisse, jam supra monui. Verum quoniam Lectores o- lim editionis Seberi lectionem requisituros esse facile prospicere poteram, ideo, ut il- lorum curiositati consulere, antiquam le- ctionem, qualis nimirum in textu Græco Seberi erat, ante singulas Eruditorum Vi- rorum notas, de quibus postea dicam, un- cis inclusi, ut ex inspectione cujusque ob- servationis de priori lectione constare pos- set. In textu vero edendo, omnes, quæ præcesserant editiones, consului, Aldinam scilicet, quæ prodiit Venetiis mense Apri- li c1o 1o 11. Florentinam, quæ Florentiæ apud Bernardum Juntam mense Novembri c1o 1o 20. impressa fuit; Basileensem, quæ eum præfatione Simonis Grynei ad Ludi- magistros typis excubita fuit Basileæ c1o 1o xxxvi. & denique Francofurtensem, quæ Francofurti studio & opera Wolfgangi Se- beri Sulani c1o 1o c. viii. lucem publicam adspexit. Id quod monendum esse non te- mere existimo; nam & sic quandoque vi- tia, quæ in editionem Seberi, invito forte

ipso, operarumque incuria irrepserant, fu- stuli, ceu iis, qui hæc diligentius exami- nare satagent, manifestum fiet. En Tibi exemplum. Libri VI. Segm. 150. inter ad- verbia, quæ περί τῶ ἀλίγῳ μετὰ κρίσεως λέγοντες recenset Pollux, Seberi editio post αὐτάρ- κως, βραχέως legebat σοφῶς, cum tamen re- liquæ editiones omnes habeant σαφῶς, quod ipsum præterea Segmenti præcedentis ver- bis aperte firmatur, ubi sic habes: αὐτάρ- κως, ἀρτιπέης, σαφῶς &c. Reddidi itaque textui nostræ editionis antiquam lectionem; neque tamen in notis meis quicquam ea de- re, seu minoris scilicet momenti, monen- dum censui. Et idem in aliis levioribus a- me factum esse Benevolum Lectorem mon- endum hic esse operæ duxi pretium. Præ- terea quoniam nimis operosum fore depre- hendimus, si juxta distinctionem usitatam in libros & capita & sectiones citationes in Commentariis servarentur, cum aliquando unius citationis ergo plures percurrendæ paginæ essent, ideo ut & hac in re Lecto- ris in inquirendis citatis tolleretur fastidium, singulos libros in plures particulas minores, numeris minoribus ad oram textus Græci æ- que atque latini adscriptis, dispescimus, om- niaque in observationibus allegata, quæ olim ad libros & capita atque sectiones re- ferebantur, ad segmenta (sic enim distin- ctionis causa appellare eas placuit) revoca- vimus. Et sic quidem circa textum ipsum versabamur. Ceterum quod jam observatio- nes attinet, atque alia subsidia, quibus præ- terea usi sumus, de iis sequentia accipe. De- dimus scilicet notas Seberi & Gualtheri qua- les in Seberi invenimus editione integras, priores nimirum, & posteriores ad interpreta- tionem. Utque eo facilius typographi παιδες quæsitæ invenirent, prioribus notis Seb. posterioribus Seb. 2. distinctionis cau- sa in catalogo notarum adscripseram, si- mulque ut cum in prioribus, tum vero po- sterioribus non nisi Seberi nomen, omisso nu- mero denario, typis excubierent, monue- ram. Verum etiam invitis nobis, & fere non ubique hic numerus irrepfit, & addi- tus ab operis in editione hac permanfit. His Seberi curis superaddimus Commentarium luculentum atque perpetuum, nec unquam antehac editum Clarissimi nostri Johannis Joachimi Kühnii, dum viveret Argentora- ti Linguarum Orientalium Professoris Pu- blici atque Ordinarii, decessoris mei atque præceptoris æstumatissimi. Cui quantum res literaria in humaniorum literarum studiis, Græcæ præsertim linguæ, strepibus li- cet & ringentibus invidis, debeat, Erudi- tus Lector ex ejus scriptis reliquis ipse per-



pendet, & incomparabilis hic in Pollucem labor abunde declarabit. Usus erat hic Vir præclarissimus in emaculando Polluce atque explicando Excerptis Codicis Vossiani, quæ Bibliotheca Publica Lugdunensis Batav. cum aliis *κειμηλίοις* egregiis asservat, & Excerptis Valesii, & Codicis scripti Antwerpiensis atque præterea iis, quæ doctissimus Cl. Salmasius Codici suo ex variis manu exaratis libris atque ingenio quandoque adscripserat. Quem Salmasii Codicem, cum in edendo Polluce occuparer, Celeberrimus Vir Joh. Georgius Grævius, pro singulari suo, quo erga Musas humaniores ferebatur, affectu, mecum communicaverat, ut utrum ubique bona fide Excerpta, quæ Kühnius acceperat, descripta essent, conferri, & sicubi forte esset erratum, corrigi a me possent. Quod & ipsum in Excerptis Vossianis a me præstitum fuit. His vero adjutus Celebris Kühnius noster subsidiis infinita in Polluce nostro monstra feliciter profligavit, antiquasque atque puriores lectiones eidem restituit, rationesque mutationis subinde fere commonstravit. Quod tamen ipsum non sufficere existimabam, nisi & ipse ego ferme semper quid in textu Pollucis a Kühnio correctum atque additum, aut etiam resectum fuisset, monerem, uti ipsa operis inspectio, vel me tacente, testabitur. Sed ne nimium amori τῆ μακαρίτης indulgere forte videar, pergo ad alterum, quem nunc damus in lucem publicam commentarium, Clarissimi scilicet Viri atque doctissimi Gothofredi Jungermanni, cujus famam curæ in Julium Cæsarem, Longi Pastoralia &c. jamdudum illustrarunt. Duobus in restituendo Polluce hic Vir Eruditissimus Codicibus usus erat. Palatino uno manu exarato, altero Labbæi Codice, quem tamen non nisi ad libri I. Segm. 81. finem collatum se invenisse ipse Jungermannus ad locum citatum testatur. Quam vero eximius Codex ille Palatinus fuerit, ex iis, quas Clarissimus Vir variantes indicavit lectiones atque hiulcorum supplementa, cuique inter legendum palam erit. Unde & aliquando, quo minus apertas ejusmodi emendationes in textum nostrum etiam præter Kühnii nostri mentem, vel ubi ille nihil mutasset, reciperemus, abstinere non potuimus: quanquam parcius id a nobis factum esse, & nisi res aliter ipsa clamasset, fere nunquam, neque etiam in super sine solita mutationis mentione attentus lector ipse perspiciet. Præterea vero, ut & de hujus Viri commentandi ratione aliquid dicamus, eximia illa est & nunquam satis deprædicanda. Præterquam enim quod facilis ea sit, & Kühniana amplior, sum-

mam Auctoris prodit diligentiam, qua incredibili plane labore atque industria loca scriptorum integra ex Platone puta, Aristophane atque aliis indicavit, e quibus vel unicam vocem Pollux noster laudaverat, aut reprehenderat. Quo factum sæpius fuit, ut etiamsi nihil a scriptis libris opis adfuisset, genuina tamen multoties Polluci lectio asserta sit. Sed ad reliqua pergendum est. Communicata nimirum præterea mecum fuit editio Basileæ excusa, in qua ubique fere comparebant emendationes, variæ lectiones, lacunarum supplementa elegantibus quidem sed minutulis literis adscripta ad oram libri, quandoque etiam vocibus impressis superimposita. Quæ unde promanarint, dubium: ex scriptis tamen esse Codicibus cum addita plerisque correctionibus solennis nota γρ. tum vero adjectiones quandoque longiores, atque cum aliis MSS. consonantes nobis persuaserant. Auctorem vero harum variantium lectionum atque emendationum Falckenburgium, doctissimum olim Virum & H. Stephani amicum, fuisse conjeceramus primum ex iis, quæ in Codicis sine ab aliena manu addita deprehendimus: ubi sic extabat: *Quæ in hoc Codice adscripta sunt, videntur esse a manu doctissimi Falckenburgii.* Verum ut certo quoque Falckenburgium earum auctorem jam fuisse credamus, persuasere nobis alia, quæ a manu Falckenburgii scripta nobis ostendit Vir Clarissimus Theodorus Schalbruch, in quibus idem plane literarum ductus conspiciebatur. Sed quicquid tandem hujus sit, correctiones has esse optimæ notæ, & reliquis etiam sæpius, quas enarratis Codicibus debemus, præstantiores, res ipsa docebit. Et optasem, ut non eadem per transennam tantum, ut ita loquar, indicandæ fuissent, sed ut tempus superfuisset, quo easdem expolire atque ulterius explicare licuisset. Quo dum destituebamur, non tamen patiebamur quicquam intactum, quo minus singulas ejusdem emendationes, variantes lectiones aut supplementa, quanta licuit fide sub auctoris sui nomine publicarem, nihil addubitantes, fore olim oculatiores nobis Criticos, & quibus plus otii supererit, qui easdem accuratius examinabunt, & plura adhuc & notatu digna eruere poterunt. Nobis festinantibus ansam aliis atque materiam bene de Republica erudita merendi suppeditasse sufficit. Addidimus insuper quoque restitutiones Doctissimi Canteri, paucas quidem, sed non nunquam satis felices, quas eruditus Vir Theodorus Schallbruch nobiscum communicaverat, qui & præterea usum Bibliothecæ suæ instructissimæ mihi omni alias libro-



rum suppellectile, utpote apud exteros degenti, destituito juxta alios humanissimos Viros concesserat. Hæc breviter sunt illa subsidia, quibus adjutus hanc Tibi, Benevole Lector, editionem procuravi. Hinc inde equidem aliquid quoque de meo adjectum videbis; verum cum exiguum illud sit, nec tanti, ut ipse magni facere queam, ideoque silentio illud præterire præstat. Rogo tamen velit Benevolus Lector omnia illa, quæ a me sparsim observata sunt eo legere studio, quo a me scripta sunt, & secum temporis angustiam, quo labores mei circumscripti erant perpendere, & in bonam illa interpretari partem; aut si meliora nostris habeat, eo proferre animo & nostra corrigere, quo nos aliorum παραράματα indicavimus. sic enim non tantum ego, sed & universus orbis literatorum habeat de quo sibi gratuletur, & unde ulterius proficere possit. Aliqua fortasse erunt, quæ si limam huic addere editioni licuisset, mutassem, aut obelo notassem, ob δευτέρας Φροντίδας, quas etiam proverbio σοφωτέρας dicimus. Verum erit fortasse etiam aliquis de his olim dicendi locus. Manum nunc de tabula, quod ajunt, moverem, nisi adhuc amor erga Pollucem meum, imo universam græcam literaturam a me, ut ulterius quid in publico hic moneretur, efflagitaret. subsidia scilicet adhuc alia, quæ Pollucem impostero forte ulterius exornare poterunt, si cui id facere fuerit animus. Postquam nimirum revocarer in patriam, & in medio cursu abrumpendum hujus editionis filum esset, in itinere meo per Galliam, cum Lutetiam Parisiorum venissem, & humaniter ibi a Christianissimi Regis Bibliothecariis, Clarissimis Viris Clemente & Bovino essem exceptus, in Regiæ illius Bibliothecæ thesauro incomparabili adhuc latere quinque Codices MSStos Julii Pollucis deprehendi, quos in nostra editione cum editis nemo quod sciam contulerat. Per exiguum itaque illud temporis, quod commorari mihi ibidem licuit, percurrere illos cœpi. Ut autem ubi incipiant, ubi finiant, Benevolus Lector uno intuitu sciat, breviter de singulis dicam:

Codex I. erat chartaceus in folio, signatus n^o. 2647. qui incipit: Πολυδεύκης Ὀνομαστικῶν βιβλίων πρῶτον. Κομμῶδῳ Καίσαρι Ἰέλιος Πολυδεύκης χαίρειν &c. ad oram dein Codicis hæc librarii nota conspicitur: Ἰσέον ὅτι τὰ ἐν τοῖς ε βιβλίοις ἐμφορούμενα πάντα ὀνόματα συναγούχον ὁ Πολυδεύκης ἀπὸ τε τῶν παλαιῶν ῥητόρων καὶ σοφῶν καὶ ποιητῶν καὶ ἐτέρων. Τὰ πλείω δὲ, καὶ ἄφ' ἐαυτοῦ ἐξέβητο. Οἱ δὲ τε πα-

λαιοὶ εὐρισκόμενοι ἐν τοῖς ε βιβλίοις ἦσαν ἔτσι. Θουκυδίδης, Πλάτων, Ἰσαῖος, Ὀμηρος, Σοφοκλῆς, Εὐριπίδης, Ἰσοκράτης, καὶ ἕτεροι πολλοὶ, ἔς ἐγὼ κατέλιπον διὰ τὸ συνοπτικὸν καὶ τὸ εὐληπτότερον. Finit autem hic Codex his verbis: καὶ μὴν καὶ γλώττα τὸ κάλλιστον τῶν ἐν τῷ προσώπῳ μερῶν ὑπὸ τὸ τῶν ὀδόντων ἔριος, καὶ προσείχισμα καθιδρυμένη λόγου δὲ πηγῇ. Quæ in Seberi editione leguntur paginæ 94. lin. 41. Libro II. Cap. iv. Sect. 25. in nostra autem, Libro II. Segm. 104.

Codex II. itidem chartaceus in Quarto notatus n^o. 1536 & 3257. incipit hoc modo: Πολυδεύκης Ὀνομαστικῶν πρῶτον. Ἰέλιος Πολυδεύκης Κομμῶδῳ Καίσαρι χαίρειν. Dein nota librarii ut in Codice primo hæc: Ἰσέον προηγῆ. Ἰσέον ὅτι ἐν τοῖς πέντε βιβλίοις ἐμφορούμενα πάντα ὀνόματα συναγούχον ὁ Πολυδεύκης ἀπὸ τε τῶν παλαιῶν ῥητόρων καὶ σοφῶν καὶ ποιητῶν καὶ ἐτέρων. Τὰ πλείω ἄφ' ἐαυτοῦ ἐξέβητο. Οἱ δὲ παλαιοὶ οἱ εὐρισκόμενοι ἐν τοῖς πέντε βιβλίοις ἦσαν ἔτσι. Θουκυδίδης, Πλάτων, Ἰσαῖος, Ὀμηρος, Σοφοκλῆς, Εὐριπίδης, Σωκράτης, καὶ ἕτεροι πολλοὶ, ἔς ἐγὼ κατέλιπον διὰ τὸ συνοπτικὸν καὶ εὐληπτότερον. Finit autem hic Codex his verbis: θέρμαστριν· ἐξ θρόνου· χύτραν· κάννας ἐκατόν· κήρημα· κιβωτόν· καὶ λήιον. Quæ sunt in Seberi editione pagina 504. fin. libr. X. c. 53. in nostra vero libro X. Segmento ultimo.

Codex III. quoque chartaceus eadem forma. notatus numeris 1582. 40. 3255. 418. caret præfatione Julii Pollucis ad Cæsarem Commodum. Incipit sequenti modo: Τὰ κεφάλαια τὰ πρῶτα βιβλίου &c. Definit autem eodem plane modo, quo secundus.

Codex IV. itidem chartaceus in forma octava inscriptus numero 3511. In ejus frontispicio hi comparent versus:

Χρυσὴ μεταλλεῦ (suprascr. ταλεῦ) καὶ γεωργε
σπερμάτων,
Τρέφεις κατολιβίζεις με καμάτων δίχα
Ἄνηρότως ἠύχισα (suprascr. λη, ut sit, ἠύλη-
σα) τὴν πανσπερμίαν.
Ἄμαλθίας εὐρηκα τὴν βίβλον κέρας.
Κάμνεις ὀρύτταν τὰς πολυκρένας Φλέβας.
Ὡς αὐτὸς ἀκάματον (suprascr. ν. ut sit, ἀκάμ-
νατον) ἔξω τὴν πόσιν,
Τὴν γέν' ἀμοιβὴν χάριν ὑψόθεν λάβοις,
Ἄν εὐσέβειαν τοῖς πόνοις κεραννύης.

Dein literis visum fere fugientibus rubrica scriptis hæc habentur: Ἀρχὴ τῶν τῶν Πολυδεύκης βιβλίων Ὀνομαστικῶν. Ἰέλιος Πολυδεύκης Κομμῶδῳ Καίσαρι χαίρειν &c. finit: καὶ θέρμαστριν (supra scripto α legit corrector θέρμαστριν) ἐξ θρόνου· χύτραν· κάννας ἐκατόν· κήρημα· κιβωτόν· λύχνον (sed ad oram est: λήιον γρ. καὶ λύχνον.) Quæ in Seberi editione comparent pag. 504. in fine, in nostra au-



tem extant libro X. Segmento ultimo.

Codex V. membranaceus forma minori, literis minutulis, sed sat elegantibus conscriptus, notatus n^o. 3510. Titulus hujus Codicis hic est: Πίναξ. Ἰαλίου Πολυδεύκης Ὀνομαστικά ἐν βιβλίῳ δέκα, καὶ πλέον ἑδέν. Ἐπιτομή τῶν Πολυδεύκης βιβλίων. Ipse dein Codex ita infit: Ἰάλιος Πολυδεύκης Κομμόδω Καίσαρι χαίρειν· finit vero sequentibus verbis: Σκευῶν δὲ ἐν Εὐπόλιδος πόλεσι κατάλογος· καρδόπες· κρατήρας· δικτῶ χύτρας· δύο τρυβλία· κνέΦαλα· θέρμας· ἑξ θρόνης· χύτραν· κάννας ἑκατόν· κόρημα· κίβωτόν καὶ λύχνον.

Hi sunt, Amice Lector, quos inspexi Lutetiae Parisiorum Codices, & e quibus nonnulla quoque pro temporis angustia excerpfi; quorum aliqua Tecum communicabo, ut ex iis de horum Codicum praestantia ipse iudicium Tuum Tecum formare, & ex ungue, quod ajunt, leonem conjicere possis. Afferam vero ex libri VIII. & X. principiis, quanta licet fide, non tantum meliores vulgata lectiones, sed & errores, & prout singula in singulis Codicibus a me fuere observata.

Librum VIII. juxta Seberi editionem pag. 376. ita incipit Codex V. Ἰαλίας Πολυδεύκης Ὀνομαστικῶν, βιβλίον ὄγδοον. Κομμόδω

δω Καίσαρι Πολυδεύκης χαίρειν. Codices vero II. & III. hoc modo: Ἐν τῷ τῷ Ἰαλίου βιβλίῳ τῶν Ὀνομαστικῶν ὄγδοω ἔνεστι περὶ δικαστικῶν ὀνομάτων· πῶς δικαστὴν ὀνομασεῖον· ἔπαινος δικαστῆ καὶ φλόγος· περὶ τῶ συλλεγῆναι δικαστήριον. τρόποι δικαστικοί· καὶ τὰ ἀπὸ δίκης ὀνόματα· περὶ τιμωρίας· καὶ περὶ ἑτέρων ἔτι ὀλίγων. (Codex II. ὄλιγον) Pergunt dein uterque II. & III. Δικαστικά ὀνόματα εἴη ἂν ὡς ἐγώμαι &c. quae in nostra editione leguntur VIII, 6. Codex IV. ita infit: Ἀρχὴ τῆ ἡ βιβλίας. Πολυδεύκης Ὀνομαστικῶν ὄγδοον. Omiffa dein inscriptione ad Imperatorem Commodum pergit: ἐν τῷ τῷ βιβλίῳ &c. Codex V. sic orditur: Ἰαλίας Πολυδεύκης Ὀνομαστικῶν, βιβλίον ὄγδοον. Κομμόδω Καίσαρι Πολυδεύκης χαίρειν. Ταῦτα ἐγὼ μὲν &c. Et ita quidem hi Codices hunc librum octavum ordiuntur. Variantes vero sequentes jam adscribam observata ratione, qua & in nostra editione sumus usi, textum scilicet a quo variant ex Seberi editione linea distinguam, & Codicum dein varias lectiones bonas aequae ac falsas subjungam, nulla addita ἐπιμύσει. Paginas autem & lineas editionis Seberi atque Segmenta nostrae ubique indicabo, ut cum utraque editione diligens lector has variationes componere possit.

Édit. Nostr. Seb.

Libr. Segm. pag. lín.

- VIII. 1. 376. 17. δύο λόγος, τὸν
2. 23. ἔνεστι
ibid. περὶ δικαστικῶν ὀνομάτων.
27. εἰς ἐπίσκεψιν
29. τρόποι δίκης.
30. ἀπὸ δίκης ὀνομ. περὶ τιμ.
33. περὶ μεσεγγυημάτων
3. 377. 4. καὶ τὰ ἀπ' αὐτῶν τιμ.
10. καὶ τῶ ἀΦεθέντος
11. περὶ τῶ ὕβρ. &c.
4. 14. περὶ ἀρχ. η. ἀ.
16. αὐτοῖς
17. περὶ διαιτῶν &c.
ibid. καὶ χωρίων.
19. πολ.
5. 30. ζήμιαν
32. ἀναστῆναι
33. περὶ τῶ εἶξαι
34. περὶ τῶ ἔτι εἶξαι.
36. περὶ τῶν ὑποκρῶ.
ibid. καὶ ἐπ. περὶ οἴκ.
6. 378. 2. περὶ δικ. &c.

MSS. Biblioth. Regiae.

- Cod. V. δύο λόγος ἐξεργασάμην, τὸν.
Id. Codex ἔστι.
Id. Cod. περὶ δικαστικῶν ὀνόματα.
Absunt a Codice IV.
Cod. V. inversim διμ. τρ.
Cod. V. inversim: περὶ τιμ. ἀπὸ δ. δ. Cod. IV.
habet: καὶ τὰ ἀπὸ δ. δ.
Cod. V. περὶ νεμήσεως χρημάτων.
Cod. V. καὶ ἐπ' αὐταῖς τιμ.
Absunt a Cod. IV. hic, sed mox sequuntur.
Cod. V. περὶ τῶ Φουθεντός καὶ τῶ ἀνελότος,
περὶ τοῦ ὕβρσαντος, καὶ περὶ καθηγορίας· περὶ
ἀρχῆς &c. Cod. IV. περὶ τῶ ὕβρσαντος, περὶ
τῶ ἀΦεθέντος.
Cod. IV. περὶ ἀρχῆς ἀρχόντων Ἀττικῶν ὀνόματα
καὶ ἔργα.
Cod. IV. habet αὐτῆς superimpositum tamen
a Correctore οἴς.
Cod. IV. περὶ διαιτητῶν καὶ διαίτης χωρία ἐν οἴς
οἱ νόμοι.
In Cod. V. novus titulus: χωρία ἐν οἴς οἱ νόμοι.
Cod. V. τὰ πολ.
Id. ζήμιαν.
Id. ἀναστῆναι.
Cod. V. περὶ τοῦ εἶξαι, καὶ τῶ μὴ εἶξαι.
Absunt a Cod. V.
Cod. V. μγ. περὶ τῶν ὑπεκρινόντων· μδ. περὶ τῶν
ἐπαινεύτων· με. περὶ οἴκων, ἐν ᾧ οἱ Πρυτανεῖς
εἰσιῶντο. μς. τὰ ἀπὸ τέλους ὀνόματα.
Cod. IV. περὶ τῶν ἐπαινεύτων. illa autem περὶ οἴκων
absunt.
Titulus in Cod. IV. hic est: περὶ δικαστικῶν ὀνο-
μάτων καὶ αὐτῆς τῆς δίκης καὶ τῶ συνέχον-
τος αὐτῆν περὶ τοῦ δικάζοντος καὶ τῶ χωρίου
(c 3)



Edit. Nostr. Seb.
Libr. Segm. pag. lin.
VIII. 6. 378.

MSS. Biblioth. Regiæ.

4. εἴη ἂν ὡς
10. δικάζ, καὶ ἢ ἀμφ.
13. ὁ δὲ δικάζων
14. τὰ δὲ ἀπ. αὐτ.

ibid. δίκαιος &c. τὸ δὲ δικ. καὶ
θεμ. quæ sunt lin. 17.

7. 17. νόμιμον
18. ἀρισμ. εἰδ.
20. καὶ εὐγνωμ.
23. καὶ τὸν ἀδ. Φ.

25. πλεονέκτην &c.

8. 31. κεφαλ. β. π.

34. ὁ κληρωθεὶς
38. ὁ τῆς ἀδ.

39. μεταδιδάξ.

9. 379. 1. καὶ ὁ τιμωρ.
ibid. καὶ τὸ ἔργον αὐτῆ

2. ἐξεγεγν. γν.

3. διελεῖν
4. κατὰ ψ. ἀπ.

5. ἀπογνώσκει
6. κολάσαι

7. τὸ δὲ ἀπολ.

10. 9. ἄφεσις
10. κεφάλ. &c.

12. διαστήν

14. ἀνεξαρ.

15. ἀπαρὰ π.

16. στάσιμος

18. εἰ πρὸς ὄργ.

20. μισοπονηρ. &c.

ibid. Φιλανθρ. ἤμ.

II.

21. Φιλοκτητῶμων

22. τὰ δὲ ἐπ.

23. ἀκριβῶς

24. τὸ δὲ ἰσοστασ.

καὶ ὅσα ἀπ' αὐτῶν ὀνόματα.

Cod. V. εἴη ἂν, ὡς.

Codices II. & III. δικάζων ἀμφισβήτησις διαδι-
κασία, τιμωρία.

Idem. καὶ ὁ δικάζων.

Cod. III. τὰ δ' ἀπάντων. Cod. II. τὰ δὲ ἀπάντων
(ad oram vero est: ἀπ' αὐτῶν) ὀνόματα δίκαιος
δικαιοδότης (suprascr. δικαιοτής) καὶ τὰ ὅμοια
τὸ δὲ δίκαιον, καὶ θεμιτόν.

Ita faltem Cod. V. δίκαιος δικαιοδότης καὶ δι-
καιον καὶ θεμιτόν.

Cod. IV. νόμιμον.

Cod. V. ἀρμ. καὶ εἰδ.

καὶ abest a Cod. II. & III.

Codex V. καὶ τὸν ἀδικον, ἀδικος, ἀδικῶς ζῶν, ἀ-
δικίαν ἔχοντα: ita & Cod. II. & III. Cod. ve-
ro IV. sic habet: ἀδικος (margo καὶ τὸν ἀδικον)
ἀδικῶς ζῶν ἀδικία (margo addit: ἔχοντα) ἀδι-
κοπραγία. τὸν δὲ ἀδικον Φαίης ἂν πλεονέκτην,
ἀν. π. &c.

Cod. V. πλεονέκτης ὄνομος βίαιος καὶ παράνο-
μος τ. ἀ. ἐπιθυμητής τ. εἰ. π. ἐφιέμενος cum
quibus consentiunt Codices II. atque III.

In Cod. V. nullus titulus, nec distinctio capi-
tis. Sed statim cum præcedente capite ita con-
nectuntur sequentia: ὁ δικασῆς δὲ &c. Consenti-
unt Codices II. & III. nisi quod ita pergunt:
Δικασῆς δὲ ὄνομ.

Cod. V. καὶ ὁ κλ. ita & Codices II. & III.

Cod. V. καὶ ὁ τῆς ἀδ. & sic quoque Cod. II. ve-
rum III. habet: καὶ τῆς ἀδ.

Abest a Codicib. II. & III.

καὶ abest a Cod. IV.

Τὸ δὲ ἔργον αὐτῆ legit Cod. V. at III. & II. τὸ
δ' ἔργον αὐτῆ.

Cod. III. ἐξαινεγκεῖν γν. Cod. V. pro γνώσιν ha-
bet γνώσκει, omisso κρῖναι, dein διακρῖναι (cum
circumflexo) τὰ δίκαια, omisso διακρῖναι
quod vocabuli itidem non agnoscunt Codices
II. III. & IV.

Cod. II. & III. καὶ διελεῖν.

Cod. V. inversum ἀπ. κατ. cum quo consentit &
Cod. III. & II.

Cod. II. III. & V. καὶ ἀπογν.

Cod. IV. itidem ut vulgati κολάσαι verum a cor-
rectore suprascr. καλέσαι.

Cod. II. III. & V. τὸ δ' ἀπ.

Cod. II. III. & V. καὶ ἄφ.

Cod. V. litera β numerum designante ad oram
posita, ita orditur hoc caput: Ἐπαινῶν ἂν εἴ-
ποις, δίκαιος. Codices vero II. & III. hoc mo-
do: καὶ ἐπαινῶν ἂν εἴποις.

Abest a Cod. IV. & pro εἴποις dein habet εἴπης.

Cod. II. & III. καὶ ἀνεξαρτο.

Cod. V. ἀπαράσεις.

Cod. II. III. & V. καὶ κράσιμος.

Cod. V. καὶ εἰ πρ. ὁ.

Cod. V. μισοπόνηρος καὶ πρῶος & ita quoque Cod.
II. omiffis mediis. at Cod. III. μισοπόνης καὶ
πρῶος.

Abfunt a Cod. IV.

Ita & Cod. IV. sed suprascr. Φιλοκτητῶμων.

Codices II. III. IV. & V. καὶ τὰ ἐπ.

Cod. II. & III. καὶ ἀκρ.

Cod. V. σιληρόν δὲ τὸ ἰσοστασίως καὶ τὸ ἰσορρο-
πίας ἀκλινώς, ἀτρέπτως ἐπιεικῶς ἐλεημόνας δὲ
καὶ Φιλοκτητιμόνας σιληρά. Τὰ δὲ τῶν ἔργων ὀ-
νόματα &c. & ita hæc leguntur quoque in Co-
dicibus II. & III.



Edit. Nostr. Seb.
Libr. Segm. pag. lin.

MSS. Bibliothecæ Regiæ.

VIII. 11, 379. 26. ὁμ. καὶ τὸ ἐλ. καὶ Φιλ.
27. ἀκλ. δὲ
ibid. ἀτρέπτως.

30. ἀκρίβεια &c. ἐπιεικεια.

32. ἰσορροπία &c.

12.

ibid. ἀπὸ δὲ τῶν ἄλλων &c. οἰκ-
τερεῖν. quod est lin. 35.

35. εἴποις

36. παράνομος &c. εὐχαρής lin.
37.

38. εὐπαρεπ.

39. πεπλανημένος &c. ἄμισος.

41. ἄγριος ἄν.

ibid. εἰ μὴ τραγ. δυσ.

44. πλείον.

13. 380. 1. παρανόμως &c. ἀνηλεῶς.

ibid. τὰ δὲ ἐπιββ.

5. ἑτεροββ.

6. καὶ τὰ ὅμοια τ. γ. α. τ.
λ. δ.

ibid. τὰ γὰρ ἀπ. λ. δ.

8. ἀνομία &c. ἀγριότης.

14.

12. ἑτεροββία

ibid. καὶ τὰ ὅμοια &c.

13. καὶ τὰ βημ.

ibid. παρανομεῖν &c. ὑβρίζειν.

17. Φενακίζ. &c.

Abfunt hic a Codice IV.

Abfunt a Cod. IV.

Ita tantum Cod. IV. ἀτρέπτως ἐπιεικῶς καὶ τὰ ὅ-
μοια ἑλεμμόνως δὲ καὶ Φιλοκτιμμόνως (suprafer.
Φιλοκτι.) σκληρά.

Hæc cum mediis abfunt a Codicibus II. III. IV.
& V.

Cod. V. ἰσορροπία καὶ ἔλεος λέγων δ' ἂν εἴπης &c.
Consentiunt Codices II. & III. nisi quod uter-
que λέγων pro λέγων.

Hæc cum intermediis non agnoscit Codex IV.

Cod. IV. εἴπης.

Defiderantur cum mediis in Codicibus II. III. IV.
& V.

Cod. IV. εὐπαρεπ. sed suprafer. α.

Hæc cum mediis non habent Codices II. III. IV.
& V.

Codices II. III. & V. inverfim ἀνοικτ. ἄγρ.

Non comparant in Codicibus II. III. IV. & V.

Sic habet & Codex IV. verum superscript. est
πλείζον.

Defunt cum interjectis in Codicibus II. III. IV.
& V.

Cod. II. III. & V. καὶ τὰ ἐπιββ.

Cod. III. IV. & V. ἑτερορεκῶς.

Non leguntur hæc neque in Cod. V. neque II.
atque III.

Abfunt a Codice IV.

Hæc cum mediis non agnoscunt Codices II. III.
IV. V.

Cod. IV. ἑτεροββία & sic quoque legunt Co-
dices III. II. & V.

καὶ τὰ ὅμοια abfunt a Codicibus II. & III. Dein
pergit uterque : καὶ τὰ ῥήματα , καὶ ἀδικεῖν
καὶ δωροδοκεῖν παραπεθεσθαι ἀπ. omiffis inter-
mediis.

Cod. IV. τὰ δὲ ῥημ. at V. καὶ τὰ β.

Cum mediis abfunt a Cod. IV. cum quo con-
sentit & Cod. V. nisi quod deinde ante δωρο-
δοκεῖν habeat καί.

Cod. V. καὶ Φενακίζεσθαι καὶ τὰ ὅμοια Φενα-
κισμός deinceps omiffio titulo pergit : Κοινὰ δ' ἐπι
δικασῶν , &c. Cum quibus consentiunt etiam
Codices II. & III.

Et hæc quidem ex libro VIII. sufficiant. Delibabimus jam pauca quoque ex principio libri X. Incipit autem hic liber in Codice IV. hoc modo : Πολυδεύκης Ὀνομασιῶν δέκατον. Ἐν τῷ βιβλίῳ σκευῶν τε ἔστιν ὀνόματα καὶ ὅσα περὶ αὐτὰ ἢ ἀπ' αὐτῶν πεποιήται καὶ ἀγγελία ἐν οἷς φέρεται καὶ τόποι ἐν οἷς κινῶνται καὶ περὶ οἰκίας δεσπότης καὶ ὅσα περὶ θύρας σκευῆς καὶ ἡ παρασκευῆ τῶν θυρωρῶν σκευῶν καὶ τὰ πρό κοιτῶνος καὶ τὰ ἐν κοιτῶνι ἄχρι κλινῶν τε καὶ σκευῶν καὶ σρωμνῶν καὶ οἷς τις χρῆσεται τὸ πρόσωπον καθαιρόμενος καὶ ὀχημάτων εἶδη καὶ τὰ πρόσφορα τῇ ἐπὶ ζυγῶν καὶ ἵππων αἰωρήσει, σκευῆς καὶ τὰ λόγων ἀσκήσει πρόσφορα καὶ ὅσα διακάζοντι οἰκεία καὶ τὰ ἐπὶ γυμνασίῳ καὶ λητρίῳ καὶ τὰ πρό ἀρίστου καὶ ἐν ἀρίστῳ καὶ ἐπ' ἀρίστῳ ἐν

οἷς καὶ συμποτικὰ καὶ μαγειρικὰ καὶ ἀρτοποιητικὰ σκευῆς καὶ τὰ περὶ μύρα ἢ λύχνους καὶ τὰ πρὸς κοίτην ἐπιτήδεια καὶ τὰ γυναικωνίτιδος σκευῆς καὶ τὰ ἐν ἀγρῷ σκευῆς καὶ ναυτικὰ σκευῆς τὰ περὶ ἐσθήτων καὶ θεραπείαν καὶ ὅπως ἀποτίθενται νερέες σκευῆς σκυτοτόμος κινηγετῆς στρατιώτης τέκτονος χαλκίως οἰκοδόμος νεβλιῆς μεταλλέως ἰατρῆς κυβερνῆς σοροποιῆς καὶ τὰ ἐπὶ τῶν μικτῶν παντοδαπὰ ἂν τοῖς πλείστοις πρόσκειται τὰ μαρτύρια. Hæc omnia excipit præfatio, Codices vero II. III. & V. ita ab initio habent : Τὰ δ' ἔνεστιν ἐν τῇ τῷ Πολυδεύκης δέκατῃ βιβλίῳ τῶν Ὀνομασιῶν. Σκευῶν ὀνόματα καὶ τῶν ἀπ' αὐτῶν περὶ οἰκίας δεσπότης καὶ ὅσα ἐπὶ θύραν σκευῆς καὶ ἡ παρασκευῆ τῶν θυρωροῦ σκευῶν καὶ ἕτερα. Quæ mox sequitur præfatio.



Edit. Noftr. Seb.

Libr. Segm. pag. lin.

X. 1. 455. 6. Ίσλ. Πολυδ.

MSS. Biblioth. Regiæ.

14. δὲ ὄνομ.
15. τῆτο Ἐρατοσθ.
17. τὸ τῆ Ἐρ.
19. ὡς δὲ εὐρ.
ibid. ἤλπισα
20. ὑπ' ἐμαυτῆ
21. δὲ εἰ
2. 25. εἰδέν
27. καὶ διὰ τῆτο.
35. ἀλλὰ κἀκτῶν ἰδεῶν εἶδει
10. 458. 4. περὶ σκευθ. &c.
19. σκευοθήκ. διοδ.
21. Θεκυδίδης δὲ ἀ. ἀ. κ. Φ. τ.
τ. χ. κ. τ. σ. ἀ.
23. αὐτὰ
ibid. εἶρηκεν ἂ καὶ πλ.
25. ἐνικίην
11. ibid. ἐπίπλοον
27. σκευή
28. νεώτερον γὰρ &c. οἴκ. σκευή.
30. σκευή τὸ μὲν Ἀλλ. ὠνομά-
σαι.
34. εἰ λέληθεν
ibid. ὅτι τὰ πρὸς θ.
35. ὡς καὶ Πλ. &c.
12. 36. ἀλλὰ ἐγὼ κρ. &c. τραγικί-
τερον γὰρ ἢ παγκληρία quæ
sunt pag. 459. lin. 8.
13. 459. 10. καὶ ἀπυρα, ὡσπ. καὶ σκ.
11. καὶ σκευή
ibid. ἐφ' ὧν ὁ Ξενοφ. &c. ἀπο-
τριβ. τ. σκ.
13. 14. δὲ ἀπ' αὐτ.
16. εἴτε ὅπλ. &c.
14. 18. τὸ ἀπεσκ. τὰ ὑπ. &c.
19. δὲ ἀμαζαί
20. καὶ ἐν βατρ.
21. καὶ τὸ ῥῆμα &c.
22. καὶ τὸ ἐνεσι.
24. καὶ τὸ ἐνεσκειάσαι.
25. ὄμοροί τε
26. καὶ αὐτοσκι. ὁ αὐτ.
15. 28. δὲ ἀπὸ
ibid. καὶ ἡ σκευοπ. καὶ σκευωρ.
30. ἐν τῶ
31. ἐσκεινοποιημένων &c.
16. 37. ὁ Ξενοφ.
38. ὡς Φησι Δημοσθ.
460. 3. Δημ. εἰ. σκ.
17. 6. περὶ τῆ &c.
8. σκευωρίαν &c.
18. 19. ὠνόμαζον κύκλου
- Cod. V. caret inscriptione. Cod. IV. ita habet:
Κομμῶδω Καίσαρι Πολυδεύκης χαίρειν. Cod. II.
ita: Ίσλ. Καίσαρι Κομμῶδω χαίρειν. Cod. III.
Ίσλῶ Καίσαρι Κομμῶδω χαίρειν.
Cod. V. δ' ὄνομ.
Cod. V. τῆτο λέγειν Ἐρατοσθ. abest dein λέγειν
suo loco.
τῆ non habet Cod. V.
Cod. V. ὡς δ' εὐρ.
Idem ἤλπισον.
Idem ἐμαυτῆ.
Idem δ' εἰ.
Idem μηδέν.
καὶ non est in Cod. V.
Cod. V. ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν νέων εἶδει. Codices II.
& IV. ut vulgata Seberi habuit. Codex vero
III. ita: ἀλλὰ καὶ τῶν ἰδεῶν εἶδει.
Ita incipit Codex V. omiffis reliquis: Τὸ μὲν εἶν
ὄνομα τῆς σκευοθήκης εὐροῖς &c.
Absunt a Cod. V.
Pro his omnibus ita saltem Codex V. ὑποθήκην
δὲ Θεκυδίδης.
Cod. V. ταῦτα.
Idem: εἶρηκε ὄιον ἂ καὶ πλ.
Cod. V. ἐλληνικίην.
Idem ἐπίπλοον.
Idem κατασκευή.
Hæc cum interjectis desiderantur in Cod. V.
Itidem absunt a Codice V.
Cod. V. εἰ ἔλαθεν.
τὰ abest ab eodem.
Cod. V. ὡς καὶ Πλάτων ὁ Κομμικός ἐν τῇ Ἑλλάδι
εἶρηκε.
Hæc cum intermediis omnibus non conspicuntur
in Codice V.
Iterum non sunt in Cod. V.
Nec hæc in eodem leguntur.
Pro his cum mediis ita saltem Cod. V. ζύλινα
καὶ κρεμασά: ὡς Ξενοφῶν καὶ Δημοσθένης ἀπο-
τριβῆ τῶν σκευῶν.
Cod. V. δ' ἀπ' αὐτ.
Idem ἢ ὅπλ. ἢ τ. ὑπ. ἢ τῶν ὑπ.
Ita Cod. V. τὸ ἀπεσκεινοποιημένα. ἣν δὲ τὰ ὑποζύ-
για οἶον εἶσρ.
Idem δ' ἀμαζαί.
Id. ὡς ἐν βατρ.
Cod. V. τὸ δὲ ῥῆμα σκευοφορεῖν. σκευαγωγεῖν
ἀνασκεινάζεσθαι τὰ ἐκ τ. ἀγρ.
καὶ τὸ Cod. V. non agnoscit.
Idem καὶ ἐνεσι.
τε abest a Cod. V.
Cod. V. αὐτόσκεινος καὶ αὐτεργός ἄσκενος δψ.
ἀκατασκι. ὁ εὐτ.
Idem δ' ἀπὸ.
Idem καὶ ἡ σκευωρία σκευοποιία καὶ σκευοποιημέ-
νον πρ.
Absunt a Cod. V.
Codex V. ἐσκεινοποιημένοι σκευασία σκευάσαι
omiffis interjectis.
δ abest a Codice V. ut & sequens καί.
Cod. V. ὡς Ξενοφῶν.
Idem σκευωρέμενον ὡς Δημ.
Titulus abest a Cod. V. statim enim pergīt: ὅτα
δὲ τ. σκ.
Idem: σκευοφορίαν τῆτ' Ἀριστοφάνης καλεῖ τὸ ζύ-
λον τὸν μέντοι σκευοφόρον omiffis mediis.
Idem: κύκλον ὠνομάζοντο καὶ γυναικεῖαν ἀγορὰν.



Edit. Nostr. Seb.
Libr. Segm. pag. lin.
X. 18. 460.

27. *παμπρασίαν*
19. 38. *καλεῖν ἐθέλεις*
41. *ἀκήρατον*
20. 461. 1. *περὶ οἰκοδ.*

22. 32. *ὄχλεις*
33. *ἐπισπαστρον*
35. *καὶ πα καὶ στροΦ.*
37. *τέτοις*
ibid. παρὰ δὲ Ἄρ. ἐν σΦ. κ. τὰ
κλ. τ. θ.

Tantum. Variantes etenim reliquorum Codicum per breve tempus excerpere non licuit. Hæc itaque sunt, Benevole Lector, quæ Te de editione nostra, quousque equidem illam perficere potui, scire volui. Non enim ultra librum septimum exscripta typis erat, cum Amstelædamo in patriam Argentoratum revocarer, & mihi vacans tum temporis Linguarum Orientalium professio a superioribus demandaretur. Placuit itaque alium huic editioni absolvendæ præficere. de quo cum essem multum sollicitus, felicibus avibus incidi in Clarissimum Virum Tiberium Hemsterhuisium, Philologum

MSS. Biblioth. Regiæ.

ἢ τὰ σιεύη τὰ τοιαῦτα πικράσκωσι Φασί. Εἴποις δ' ἂν &c. quæ interjecta sunt, omittuntur. Post *παμπρασίαν* Codex V. omiffis reliquis lin. 36. ita pergit: *εἰ μέντοι καὶ ἐν βιβλ. Codex V. εὐρεῖν ἐθέλῃσεις. Cod. V. ἀκήρυκτον.* Titulus ab eodem hoc Codice abest. statim enim post præcedentia habet: *τὸν μὲν ἐν τῷ παντός οἴκῳ δεσπότην, ναυκλιρον καὶ ζεγαρχον ζεγανόμον· ἐπεὶ καὶ τὸ ἐνοίκιον ἔῳ μόνον ναῦλον, ἀλλὰ καὶ στεγανόμιον. Τῶν δὲ σιευῶν (quæ sunt jam cap. IV.) τῶν περὶ τὰς θύρας &c. Interjecta omnia non agnoscit. Cod. V. ὄχλεις. Idem ἐπίπαστρον. Ita saltem Cod. V. *στρόφιγγες* κορῶναι, κορακεις. Abest a Cod. V. ut & mox *εἰρηται.* Codex V. ita habet: *καὶ ὡς Ἀριστοφάνης κατακλειδες τὰ κλειοντα τὰς θύρας· ἐπισπαστήρες ὡς Ἡρόδοτος· οἱ μὲν ἐν ἀκριβέστερον· quæ interjecta sunt, non habet.**

eximium, & quo familiariter tum temporis mihi uti contigerat, quique nunc Professoris Philosophiæ munere Amstelædami egregie fungitur. Cui, cum a me & Bibliopola, ut opus hoc perficeret, amice compellatus esset, & precibus quoque nostris annuisset, omnia, quæ nos habuimus subsidia reliqua, tradidimus, ejusque curæ *τον παιδα* nostrum concredidimus. Qui idem de iis, quæ ab ipso post discessum nostrum præstita sunt, Te, Optime Lector, uberius docebit. Vale & laboribus nostris frui re atque fave.

ARGENTORATI Pridie Idus
Novembr. c15 15 ccv.

(d)



LECTORI BENEVOLO

S. D.

TIBERIUS HEMSTERHUIS.



Uemadmodum illi, quos lecto diuturnus & pertinax affixit morbus, recuperata fanitate in publicum prodire desiderant, & reficere liberiori aeris ductu languentem animum, sic etiam Pollux a teterrimis ita perpergatus vitijs, ut suam iterum agnoscat faciem, publica formosior perfrui luce gestit: tradimus igitur vix tandem in tuas manus, Erudite Lector, tantum non omnibus absolutum numeris Auctorem nostrum: eum equidem hoc splendidiorē sane & ornatiorē affirmare non vereor, quo fuit accuratiori lima & lucubratis eruditorum hominum vigilijs magis expolitus: si enim animum attendas vel ad eorum multitudinem & peritiam, qui Polluci salutis extiterunt auctores, vel ad intensissimam curam & sedulitatem, utrumque adeo Auctori nostro non defuit, ut etiam præter ceteros hac in re singulari quadam felicitate sua possit gloriari: ille quidem, fateor enim, scrinijs humaniorum virorum diutissime fuit conclusus & in multos annos pressus, nec minus inter iniquissimas literarii torcularis obhæsit molestias, sed dum longiorem medicina moram traxit, prius ad sanitatem curatio fidelis quam perveniret, ab imis radicibus reviruit, ac pristinum integritatis statum recepit. Inter veteris autem ævi monumenta, & præclaros scriptores, quibus invida rapaces manus vetustas abstulit, non paulo deteriori fortuna, quam ceteri plerique Pollux nullo quidem suo merito fuit usus: conciderat enim decus ejus omne ac quasi defloruerat ab infesta longinqui temporis injuria & consccleratis librariorum manibus despoliatum: nam illud hominum genus immite ac barbarici plenum, etsi nihil intactum atque inviolatum sibi relinquendum duxerit, in hoc tamen Auctore cum primis libidinis suæ defoedæ turpissimæque inscientiæ notas infixit: postmodum vero lætior ætas, & felicitium ingeniorum proventu uberior fuit consecuta, cum qua Pollux in spem se futuræ salutis erexit: simul enim a viris doctrinæ capitalis & eruditionis nostræ fundatoribus facie tam deformi conspiceretur, concurrendum sibi quisque existimarunt ad restitucndam utilissimo scriptori nativam lu-

cem & integritatem: neque mihi satis exploratum est, an ullus inter veteres reperiri possit Auctores, in quo limando & instruendo homines omnium ordinum elegantiores magis unanimi consensu conspiraverint, fideliorēque posuerint industriam: nec id injuria est aut sine ulla factum ratione; animum enim advertēbant viri prudentissimi, quanto fœnore hunc eorum laborem compensaturus esset Pollux: etiam si vero magna cum Auctoris nostri utilitate hæc doctorum hominum opera fuerit conjuncta, nec suo sit honore defraudanda, desiderari tamen cœpit & requiri, qui omnem hanc in se susciperet curam: totius enim corporis procedere minus feliciter videbatur curatio, cum particulatim tantum a pluribus adhiberetur medela: quantis autem ingenii præstantissimi & excellentis doctrinæ dotibus præditum atque instructum oporteret, qui huic futurus erat oneri, non multo labore ponderabit, si quis diligenti Pollucem oculo perlustrarit. Atque utinam æternum illud eruditionis sidus, & omnium divinarum humanarumque rerum capax ingenium H. Casaubonus animum ad hanc rem serio adjunxisset, non quidem dubitandum est, quin multimodis Pollucem habituri essemus perfectiorē: sed cum istum summi viri laborem sive mors præceperit, seu alia impederint negotia, nostro nos Catone contentos esse decet. Extitit tamen, qui primus culte Pollucem curaret & in lucem ederet, Wolfgangus Seberus: priores enim editiones ita sunt comparatæ, ut omnem eorum utilitatem & gloriam extinxerit hæc Seberiana: non enim inficiandum est, plurimam & egregiam ejus viri diligentiam Polluci pene necessariam fuisse, eaque de ratione merita condecorandam laude: sed non ea tamen ingenii fuit dexteritas, & dives variæ doctrinæ apparatus, ut reformati Pollucis palmam sibi vindicare potuerit, & solidum ejus gloriæ fructum alijs præcerpere: quam profecto solam ingenii & vel emendati judicii vim hac in re dominari non sit consultum: hanc enim laudem cum Codicum manu exaratorum bonitate & fide partiri maverim, siquidem id multo sit tutius & conducibilius; nam ubi frena luxurianti ingenio laxantur, perdifficulus intra recti



verique terminos consistere solet; cujus rei lucidissimum illi exemplum sufficiunt, quorum vel maximum est in Orbe literato nomen. Postmodum inæstimabili quodam literarum bono salutarum Polluci fidus illuxit Gothofredus Jungermannus, cujus viri meritis dignum statuet monumentum perpetua eruditionis ejus in doctorum hominum animis recordatio: hic cum & ingenii ac judicii lætissima fecunditate & uberissima doctrinæ copia multum valeret, utramque ad Pollucis adhibuit medelam: istam autem eruditionis exuperantiam quod tam bene collocarit, causam præcipue scriimus acceptam præcellenti Palatino Pollucis Codici, qui in manus incidit singulari quadam fortuna Jungermanni nostri: postquam vero de hoc ejus proposito constitit apud homines doctos, nullam umquam intermiserunt occasionem præstantissimum adolescentem cohortandi atque impellendi, ut telam feliciter exorsam quam celerrime detexeret: magnam igitur ea tempestate sustinuit expectationem, quod plurimæ tunc temporis scriptæ Gruteri, Goldasti, Casauboni aliorumque literæ declarant, cui illum impendiis etiam satisfecisse jam tandem ex hac nostra cognoscetur Pollucis editione: de hoc autem suo labore quam ipse spem conceperit aliisque fecerit, abunde potest intelligi, ex iis literis, quas ad Haiminsfeldium Goldastum misit: verba ponere non gravabor, siquidem ab instituto nostro non abhorreant: *Herodoteum negotium e manibus Pollucem mihi invito excussit; in quem perduxit notas jam ad librum VII. usque. Putavi me pœniturum operæ omnis, quamprimum mitterentur editoris W. Seberi, amici mei, nota: missa sunt: nondum pœnitet. Credo ad XIII. MSS. usum. Ego οὖν θεῶν e meo unico & mutilo quamvis, plus variantiarum, restitutionum ostendam, ne de aliis symbolis, quas tamen omnes mihi præstitere præter unum mihi eximium.* Operæ quoque pretium arbitror adjungere quam liberali elogio hunc egregii adolescentis laborem post immaturam ejus mortem fuerit profectus Cl. Salmasius de Modo Usurarum cap. VI. *Verisissimum, inquit, exemplar Pollucis, quod in Bibliotheca Palatina pro thesauro servabatur atque ostentabatur, & quo olim usus est eruditissimus juvenis ὁ μακαρίτης Jungermannus, qui innumeris mendis eum Auctorem liberaverat, utrobique habuit pro ἐξάλιτρα vel ἐξ τάλαντα, δίζαντα.* Adjutus igitur hoc inprimis Codice, cujus insignem præstantiam & robustam vetustate auctoritatem nemo satis umquam condigne laudaverit, perpetuum in Pollucem cumque varia doctrina refertissimum confecit Com-

mentarium; cujus utilitatem si oratione complecti & exponere conarer, citius mihi dicendi copiam esse defuturam opinor, quam propositi fieri possem compos: id tamen ante reliqua fat scio necum non indiligens antiquitatis lector admirabitur, quod infinito quodam labore omnia veterum Auctorum, qui hac ætate restant, conquiverit loca, quæ Pollux in testimonium advocavit; tamque incredibili hanc rem præstitit accuratone, ut parum ab eo alterius industriæ relictum putem: denique, nisi quis invidus alius samæ & diligentis fuerit spectator, Jungermannum quasi Æsculapium quendam in vitam Pollucem reduxisse, & distracta ejus ac divulsa membra rite & ordine concinno collocasse confitendum est: huic tamen tanto thesauro quam inimica contigerit fortuna, quamque diu in vilibus scrutatorum tabernis delituerit, luculenter & perbene Wetsteinus exposuit. Hæc de Jungermanno, tametsi pro meritis ejus pauca dixisse videar, dixisse sufficiat. Denique Joachimus Kühnius Vir Græcæ linguæ omnisque eruditionis longe peritissimus ad Pollucem accessit, & edito primum quarumdam in Onomasticographum emendationum specimine, quid ab ingenio ejus capitali hac in re sperari posset ostendit: ex eo vero non destitit orbis eruditus hanc operam continuis ab eo ferme conviciis efflagitare, ut suas omnes cogitationes atque curas ad optimi scriptoris editionem converteret: deinde, subministratis interea pluribus adjumentis, sine quibus feliciter hoc negotium confici non poterat, oneri successit laborioso, in eoque se talem præstitit, ut non mediocris exinde laudibus ejus accessisse videatur cumulus: sed ut ingenue dicam, neque enim aut gratiæ subscribimus aut odio, non simili pede Commentarii sui telam detexuit Vir Doctissimus: instituit enim a principio notas uberiores & vario doctrinæ genere florentes, quæ opere currente minus ornatae & contractiores exierunt: non tamen inficiandum reor, hæctenus in Polluce turpes inhæsuras fuisse mendas, quæ forte non potuissent evelli, nisi commodo nobilissimum Kühnii ingenium suppetias ivisset. Hæc omnia vero cum multis aliis infinito labore atque studio comparata in manus Henrici Wetsteinii pervenerunt, qui de literis humanioribus ita meritus est, ut summopere sibi veros earum cultores obligaverit. Jamque adeo sic omnia maturuerant, ut nihil aliud felicitati Pollucis & splendori deesse videretur, quam editionis properandæ celeritas: res enim erat indigna tantum eruditionis thesaurum diutius ab-



fcondi & in situ jacere. Dum vero qua ratione publico cum maxime desiderio prompte satisfieri possit, mente Wetsteinius agitat, obtulit se ad hunc laborem & accinxit J. H. Lederlinus Vir Clarissimus, ad quem hominem exornandum contendisse videantur sincerus ac non fucatus animi candor, & opulentissima vetustatis cunctæ Græcæque linguæ scientia: sed isto de viro, quocum mihi longus suavissimæ familiaritatis usus intercedit, hoc minus a me dicendum existimo, quo magis virtutes ejus præclaræ & excellens doctrina cognitæ sunt ac per se commendatæ: ex hujus autem ingenio feracissimo res literaria magnum capiet incrementum, si dederit aliquando, quæ summo labore & eruditione exquisita sedulo comportavit, & in usus publicos olim proferenda seposuit: equidem in hoc eum loco in primis commemorasse velim veteris istius dicti, duplicem esse beneficiorum gratiam, cum cito præstantur: optandum vero fuerat, decurrerit hoc honestissimi laboris stadium, in quod lætissimis auspiciis & fausto pede erat ingressus, Lederlinum nostrum, quod magno redemptum ipse voluisset Pollux: sed in medio cursu alio fuit avocatus, priusquam conspiceret portum: Argentoratum enim accitus in patriam urbem meritissimum vigiliarum præmium dignitatem Professoriam invenit: ab hoc igitur industriæ suæ alumno, in quo formando & poliendo multum & temporis & laboris contriverat, non injucunda necessitas eum sejunxit: ægerrime tamen, quod facile quis cogitet, a suo Polluce semigravit, quicum diu & non sine publico doctorum favore habuerat. Cum itaque circumspicaret, cui tuto hæc lampas traderetur, mecum potissime Vir optimus, ut hoc quodcumque oneris, verbis enim scite rei molestiam levabat, in meos transferrem humeros, per literas omnis humanitatis plenas egit, atque ita egit, ut certissimam hinc laudem mihi esse paratam affirmaret: nimium ille profecto benignus erat ingenii mei spectator, quod non suo pretio, sed prolixissimo erga me amore ponderabat. Ego vero, qui laudi me non idoneum esse natum existimabam, etsi nunquam ejus cupiditatem ingenuo homini turpem aut inhonestam duxi, hunc laborem detrectare, meque subducere: memet enim meo metiri solebam pede, exploratumque habebam, quid valerent humeri, quid ferre recusarent. Eo autem tempore Lugduni Batavorum degebam, & tantum quod defunctus eram labore perquam molesto in ordinem redigendi concinnum & utilem turbatos casu quodam ac

disiectos ditissimæ Bibliothecæ Codices MSStos: ad illud enim muneris ante hos admodum quatuor annos evocaverat me Amplissimorum Academiae Leidanae Curatorum eximius favor: vix de vocatione Lederlini mei atque itinere mihi constabat, cum Amstelædamum eo animo me contuli, ut in extremos amicissimi hominis amplexus irem, foedusque cum eo amicitiae hæctenus integerime cultum in posterum corroborarem: tum vero mihi præsentia ea verborum lenocinia rationumve dicam machinas admovit, ut de considerato proposito statu tantum non dejecerit; in eo certe, quod ceperam, consilio me &c. dubium fecit & vacillantem: huc accedebat continuus amicorum impulsus, qui nescio quid non mediocre ab ingenio meo sibi promittebant: maxime vero inter eos me commovebat auctoritas summi viri, quem honoris causa nomino, J. G. Grævii, quo castiorem & intaminatiorem Palladis ac Musarum sacra a literis renatis antistitem non habuerunt: hujus autem Viri & memoriam mecum ac recordationem sæpissime recolo, & mentionem lubentissime facio: cum enim omnem humanitatis eruditæ numerum impleffet, singulari quodam favore & prolixa voluntate conatus nostros in literis immaturos adjutabat fovebatque: a nullius enim æque moribus abhorrebat, quam eorum, qui, si quos animadverterint adolescentiores ad ingenuam adspirare doctrinam, a studio retrahunt, & spem futuræ messis in ipsis herbis extinguere nituntur & suffocare. In ipso vero hoc Pollucis negotio, cum ea de re ad Virum optimum referrem, ita se facilem præbuit & commodum, ut nulla mihi in re suis opibus defuturum esse reciperet: qua potissimum promissione omnem mihi hujus operæ suscipiendæ dubitationem Vir maximus exemit: sed totam spem nostram, & istius benignitatis fructus interceptit importuna & tristissima viri mors, quæ hoc profundius ad vivum animum meum percussit, quo magis ardentem sui amorem & admirationem Grævii benevolentia mihi infixerat: omnibus certe bonis hanc accidisse acerbissimam, & de Musarum pretio atque honore grandem destruxisse cumulum ipsa rerum testimonia clamant: de hoc autem Viro, qui formam humaniorum literarum & ingenii exculti in suis moribus expresserat, quicquid dixero, non tantum infra meritum ejus laudes consistet, sed eas etiam infirmitatis nostræ culpa detereret: at enim discedere præstat a mœstissimi casus commemoratione, per quam temporis imminutus diuturnitate dolor animique molestia non mediocriter renovatur. Quanquam igitur



fatis perspicere, ad rem me prorsus magni animi & operis adgredi, decrevi tamen morigerari consiliis amicorum, ad eorumque me voluntatem accommodare: illud enim reputanti multo consultius videbatur, & laudabilius etiam, quam in conscientia propriæ tenuitatis obstinatum, omnes ingenii mei seu diligentiae potius effectus desperare: sic igitur animatus Polluci manus admovi: neque enim ita quemquam secum cogitare velim, me tantam mihi sumsisse arrogantiam, ut quadam virium mearum fiducia fretus ad hoc iter spinosum ingrederer, speraremque luculentum eruditionis specimen a me posse edi, & in Auctorem nostrum conferri: nam parum vel ingenio vel doctrina me posse non invitus fateor: cum enim & acri iudicio, quod a natura mentibus impressum multa exercitatione corroboratur & increfcit, & assidua veterum scriptorum lectitatione perfectam rerum antiquarum cognitionem adipiscamur, utriusque rei commoditas & usus usque adeo mihi defuit, ut, quo clarius hoc ob oculos ponam, eo me magis poenitudo suscepti laboris incesset: hoc autem minores in humanioribus literis progressus quis faciat, quo magis animus in plura & diversa studiorum genera est dividendus; quod ipsum mihi usu venit seu quodam voluptati meae obsequio, seu quod ita rerum mearum conditio tulerit: subsidio tamen mihi diligentiam comparavi, qua temporis & vitæ brevitate, quantum ejus a nobis fieri potuit, compensare quaesivi: in hoc vero Pollucis edendi labore grande fati operæ pretium retulisse mihi videbar, si per diligentiam & assiduitatem, quæ sola meis in manibus erat posita, demonstrarem animum in literas elegantiores propensum: forte nonnulli, qui maligniori labores nostros oculo spectabunt, hoc studium eamque voluntatem meam audaciam potius temerariam interpretabuntur; quibus ego nihil aliud reponam, quam quod Parca mihi benigna dederit posse spernere invidiæ voces & inanem malitiam: istius autem, si quæ dici potest, culpæ veniam a Benevolo Lectore peto, quem mihi in hac causa æquiores promitto, atque illum olim severæ frontis Catonem expertus est A. Albinus: hic enim, cum res Romanas sermone Græco illustrasset, veniam a suis popularibus postulavit, si quid ab homine Romano in oratione Græca parum compositæ & minus ornate esset scriptum: quæ cum Cato legisset, non veritus est nugatorem denominare Albinum, qui culpam maluerit deprecari, quam culpa vacare. Quod si voluntas ad nos accesserit hominum ele-

gantium, qui ætate mea dignum quid me præstitisse judicent, non mediocriter in posterum ad similia perficienda augebitur industria nostra. Qua si fortuna ad Pollucis editionem delatus, plenius forte & uberius atque opus fuerat, denarravi: sequitur, ut ad alia porro progrediar, in quibus edisserendis & pertractandis hos mihi præstitui terminos, prius ut de Polluce quæ collegi, breviter exponam, postea dicturus de meis adnotationibus, aliisque illius generis non paucis, quæ ad hanc attinere materiem judicavero. De Polluce vero quam varia multi composuerint, non tamen a veritate aberrarim, si dixerò neminem ea scripsisse accurate, quam quis in hoc negotio curiosior desideraret: animum igitur induxi, tum quæ de Polluce ante me ab aliis sunt tradita, tum quæ proprio labore conquisivi, in medium proferre, & uno tanquam fasciculo complecti: quæ res cum ab initiis videatur repetenda, Auctoris nostri primum vitam & honores & studia, & secundam, quam per ea consequutus, est famam persequar; postmodum autem in scriptis ejus, & hoc præcipue, quod damus, Onomastico recensendis versabor.

Naucrati fuit clarissima Ægypti urbe noster Pollux, de cujus situ, aeris temperie, ceterisque terræ virtutibus nihil a me commemorandum puto, quando quidem exinde aut parva aut nulla omnino laus ad Pollucem sit redundatura: hæc urbs autem illa ætate tulit viros omni eruditionis & artis sophisticæ genere florentissimos: Apollonii, Athenæi, Procli, Ptolemæi aliorumque Sophistarum, qui Naucrati oriundi non longo inter sese temporum intervallo distant, memoriam & laudes literis consignavit Philostratus: ea vero tempestate sub Romanis Imperatoribus uti frugum sic & ingeniorum feracissima fuit Ægyptus. *Ναυκρατίτην* itaque vocaverunt Pollucem Philostratus, Tzetzes in Chiliadibus & Suidas: sed quæ præter alios de natali Pollucis loco memoriæ mandavit Suidas, non levi scrupulo premuntur: ut rem totam Lector cognoscat, in medium ejus verba promam: *Πολυδεύνης Ναυκρατίτης· τινὲς δὲ Ἀρδέννας γράφουσι σοφιστὴν πικίζοντες· πόλις δὲ Φοινίκης ἢ Ἀρδουέννα* duplex inprimis loci difficultas est: quid enim in ea re aut falsi inest aut argutiæ, quod prodiderint quidam ortum esse Arduenna nostrum Sophistam? modo non alius & diversus ab eo, quem Portus infelix sæpissime Suidæ Interpres expressit, verbis illis subsit intellectus: sed illud etiam multo nos magis sollicitat & divexat, quod urbs dicatur Phœnicia Arduenna: quis enim



corum, qui Geographiam diligenti studio coluerunt, hujus urbis in antiquorum monumentis vestigium ostendere queat: non mihi latet quo tentamine loco succurrere sit conatus Vir emendatissimi iudicii, mihi que familiari amicitiae usu conjunctissimus Ludolf. Kusterus, qui nuper præcellens florentis doctrinae pignus splendidissimam editionem Suidæ apud orbem literatum deposuit: ille nimirum Vir Doctissimus pro *παίζοντες* refingere maluit *πταλοντες*, *errantes*, in eaque sibi emendatione convenire monet cum præstantissimo Pearsono, qui hanc eandem ad marginem adscripserat sui libri: quod si præterea Vir ingenio consummatissimo de Arduenna certi quid Lectoribus impertivisset, eamque urbem in Phœnicia monstrasset, omnium forte hæc correctio mereri poterat applausum: sed jam nos cum alia multa remorantur, tum præcipue argutissime inventa Kühnii nostri sententia: existimat enim inimicos nomini Pollucis homines per contumeliam & ludibrio eum appellasse *σοφιστήν Ἀρδέννας*, propterea quod, si quos haberet discipulos, ii mitterentur inprimis ex ea gente, quæ a cultu ceterarum & humanitate longius abest: Arduennam enim maximam esse & horridam Galliæ sylvam ex Cæsare novimus: sed in ejus Præfatione uberius hanc opinionem expositam reperies: nonnihil autem ex eo firmamenti accedere videtur, quod insolens non fuerit, Sophistas, qui apud vulgus male audiebant, cognomine quodam jocosio deformare, quod aliorum seu invidia five malitia ex horum plerumque vitiis confinxerat: exempla si quis desideret, largam in solo Philostrato segetem reperiet: quædam vero speciminis ergo, ut quærendi labore Lectorem levem, apponere non est inutile futurum: Scopelianus illud eloquentiæ Sophisticæ decus *διθυραμβώδης*, *ἀκόλαστος* & *πεπαχυσμένος* appellabatur ab hominibus ineptis, Secundus *ἐπίθυρος*, siquidem erat fabri filius: Herodem, quem Rhetorum Deum vocare possis, *σιτευτὸν ῥήτορα* dicebant, nam ne cœnæ quidem tempus ab lectione & studiis ipsi vacuum erat, Alexandrum *Πηλοπλάτωνα*, Varum, quod rubicundum & ciconiæ rostro similem haberet nasum, *Πελαργόν* Ptolemæo, cujus in orationibus sæpenumero Marathon celebrabatur, ea de causâ Marathonis adhæferat cognomen: quid attinet adferre plura, cum hæc quæ dixi satis confirmant: simili ratione notatum esse Pollucem, hinc verosimillimum evadit: porro animum adverti velim ad loquendi modum, quem Suidas adhibuit, aut ille quicumque, unde hæc exscripsit,

τινὲς δὲ Ἀρδέννας γράφουσι σοφιστήν παίζοντες quæ verba, si propius inspiciuntur, nihil significant, me iudice, minus quam natalem Pollucis locum: quid enim? nonne sic similive modo, hoc si voluisset intellectum, decebat scribere? *τινὲς δὲ ἐξ Ἀρδέννας εἶναι γράφουσι τὸν σοφιστήν* & quorsum in hac sententia *παίζοντες*; nugas igitur egisse Suidam, & alienissimo cepisse sensu credibile est, cum adjunxit e propria penu, *πόλις δὲ Φοινίκης ἢ Ἀρδέννας* & profecto multis aliis erroribus hujus ignorantia fidem facit: subductis igitur bene rationibus, illud conficio, non mihi videri ineptam aut incommodam Kühnii sententiam: sed si quis de ipsa quærat veritate, apponendum iudico non liquere: forte prodibit aliquando, qui nodum hunc penitus expedit. Necdum discedimus ab hoc argumento, sed examinandum restat, quam bene Kühnius suam muniverit opinionem Luciani emaculato a se loco: cum hac enim materia illa disputatio cohæret: in vulgatis editur: *ἔπε μόνον ὦ Κλητίς μέλημα*. Kühnius refecit *Κέλτιον μέλημα*. puerum enim Celtam Polluci informandum commisisse Lucianum: lubet usurpare prudens Horatii dictum, *Non semper feriet quodcumque minabitur arcus*. An Rhetorum præceptor Pollucem tangat, inferius videbimus: nunc illud observo, videri mihi debuisse dici *Κελτιὸν μέλημα*. majoris est momenti, quod nec eos ignorare arbitror, qui morem Græcæ linguæ & ingenium norunt, *μέλημα*, hac cum usitatur notione, nunquam a persona separari, cujus quis esse dicitur cura: ita, *Πλάτωνος μέλημα* ad eamque formam multa apud Aristænetum & alios inveniuntur: sic etiam videbatur olim emendandum in illo vexatissimo Suetonii loco de Illustr. Grammat. c. 3. *Δάφνιδος μέλημα*, non, quod vulgo legitur, *ἄγλημα* pari modo apud Virgilium, *mea maxima cura*, Valerium Flaccum, *cura Deorum*: potius igitur eruditorum calculos feret lenis & accurata Grævii medela *Κλυτίς* scribentis, *Clytius enim*, ut addit, *est Rhetoris nomen*: prorsus geminum erat *θήριον* pro *θύριον* in Luciani Lapithis peccatum, quod sagaciter odoratus est idem Vir maximus: Pollucis MSStos si quis excuteret, sexcenta facile istius mendæ colligeret exempla. Sed horum jam satis est. Parentes credidimus habuisse Pollucem honestos: quæ in contrariam partem e Luciani Rhetorum præceptore proferri possent, inferius trutinabuntur, & spero, diluentur: patre usus est docto & *κριτικῶν λόγων* institutore: sic enim ea de re Philostratus: *Πολυδεύκης τὰ μὲν κριτικὰ ἱκανῶς ἤσκητο πατρὶ ξυγγενόμενος τῷ*



κριτικῆς λόγου εἰδότες τῆς δὲ σοφιστικῆς πόλμῃ μᾶλλον ἢ τέχνῃ ἐνέβαλε θάρρησας τῇ Φύσει. Bonfinius, seu Fred. Morello potius illam interpretationem adscribendam putes, eum in modum hæc fecit Latina: *Pollux in judiciali genere satis exercitatus fuit, quod cum patre conversatus est, qui controversias forenses percussit: in hoc mihi loco molesti quid adferunt οι κριτικοὶ λόγοι, in quibus intelligendis verfori hæcenus assentiri non potui: sic enim animum induxi, ut existimarem controversias seu orationes forenses πολιτικούς dici λόγους seu δικανικούς, eosque annotavit & cum cura exposuit Eruditiss. Cresfollius libr. III. Theatr. Rhet. ille tamen κριτικός ea significatione λόγους, ctsi non perfunctoria Viri sit diligentia & apparatus instructissimus, silentio prorsus involvit: nec mihi quidem quamvis serio cogitanti tale quid unquam legisse venit in mentem: itaque cum bona Interpretis illius pace τὰ κριτικά & κριτικῆς λόγους sumam notione familiarissima pro ipsa κριτικῇ quod mihi obvium videtur: ita λόγοι Φιλολογικοὶ pro ipsa ponuntur philologia, ut & λόγοι Φιλοσοφικοί. Dionysius Longinus Epist. ad Amelium: οὐκ ὀλίγοι τῶν ἐν Φιλοσοφίᾳ λόγων προέστησαν, non pauci philosophia docenda præferunt. In hac autem Philologiæ seu Grammatices parte excelluisse Pollucem nostrum, hoc ipsum quod edimus Onomasticum est indicio: si quis tamen Interpretis adsciverit sententiam, modo id non temere fiat & sine ullius scriptoris auctoritate, me non valide renitentem habebit. Rerum vero Sophisticarum doctrinam audiit Auctor noster & accepit ab Adriano nobili tunc temporis Sophista, cujus omnem vitam egregie atque ornate Philostratus enarravit, & aliquantulum brevis Suidas: Philostratus autem hunc istius institutionis fructum Pollucem percepisse refert, ut æqualibus abfuerit intervallis ab Adriani virtutibus & vitiis: Ἀδριανοῦ δὲ ἀμροατῆς γενόμενος ἴσον ἀφέστηκεν αὐτοῦ καὶ τῶν πλεονεκτημάτων καὶ τῶν ἐλαττωμάτων. Æmulus autem Adrianus fuisse dicitur Aristidis hominis eo tempore disertissimi, cujus quædam ingenii monumenta superstint, & octoginta ferme annos attigisse: qua ratione si natus fuerit sub Domitiano, Herodem enim, qui Trajani floruit ætate, cum octodecim impleffet annos, audivit, diem imperante Commodò obiit supremum: ad Commodum certe, cujus habebat amicitiam, eum dedisse literas, narrat Philostratus. Exinde Pollucem, cum satis aliorum esset imbutus præceptis, artem sophisticam publice professum esse credo: hoc vero cum non sine laude multa suaque faceret existimatio-*

ne, cum præcipue delegit Marcus Antoninus exactissimum boni Imperatoris exemplar, quem erudiendo præficeret filio suo Commodò: hunc ille suavissima voce sic cepisse dicitur, ut thronum ab eo Atheniensem acceperit: Philostrati locum apponere juvat: ἐλέγετο δὲ ταῦτα καὶ μελιχρᾶ τῇ Φωνῇ ἀπαγγέλλειν, ἢ καὶ βασιλέα Κόμμοδον θέλξας τὸν Ἀθήνησι θρόνον παρ' αὐτοῦ εὔρατο. Scripsit igitur ipse Pollux in literis ad Commodum, quæ Onomastici libro VIII. sunt præfixæ, binas se dietim recitare orationes, τὸν μὲν ἐκ τῆς θρόνου, τὸν δὲ ὀρθοστάδην. Sed cum duplex fuerit apud Athenienses thronus, sophisticus & politicus, quod erudite ostendit Doctiss. Cresfollius lib. IV. Theatr. Rhet. cap. 1. & seqq. non immerito disceptari potest, alterutri Pollucem Commodus præfecerit: meam si quis exquirat sententiam, dixerò sophisticum throni Onomasticographum nostrum obtinuisse dignitatem: in eam autem opinionem me præcipue impellit, quod θρόνος, cum simpliciter ponitur, sophisticum in primis designet, quam rem extra dubitationis aleam ponunt non pauci veterum loci, quos studiose Cresfollius collegit: honorificentissimum autem habitum fuisse dignitatis gradum, si quis Atheniensem thronum adipisceretur, liquide nec uno loco testatur Libanius, cujus ideo verba protulisse pretium erit operæ, quod Cresfollius omiserit: ἐπεὶ δὲ ἐδόκει μέγιστον εἶναι θρόνων ἄξιον τῶν Ἀθηναίων κερῆσθαι, καὶ τοῦτο φροντίσασα ἢ τυχῇ δέδωκε τοῦτον τὸν τρόπον hæc in eo libro, quem de propria vita composuit: meminit ejusdem rei paucis interjectis: θρόνων δὲ οὐ δυναθέντες ἀντιλαβέσθαι αὐτοῦ: pauloque inferius: ὡς γὰρ δὴ ἐνέβαλον εἰς τὴν ἀγορὰν, ὅρῳ τινα Καππαδόκην ἤκοντα ἐπὶ θρόνον, βασιλέως πεμπόντος. adhucdum igitur ætate Libanii Cæsares hunc honorem decernebant, quod Eruditiss. Cresfollio contrarium est, qui morem illum multo prius evanuisse contendit in Rhet. Theatr. IV. c. 2. adde Philostr. in Philisci Vita: nec tamen non constat, sæpius optimatum suffragiis Sophistas ad thronum esse lectos: sed observandum obiter prioribus in locis θρόνους non temere dixisse Libanium; plures enim, quod jam notavi, Athenis erant throni: ita Platonem Gerasensem legum vim & necessitatem in causis, actionibus & θρόνοις vehementer defendisse atque demonstrasse Stephanus in Γέρασα commemorat. Sed ad examen accuratius revocanda sunt illa Pollucea: τὸν μὲν ἐκ τοῦ θρόνου λέγοντα, τὸν δὲ ὀρθοστάδην in quibus inter sese opponit ἐκ τοῦ θρόνου λέγειν & ὀρθοστάδην merito quidem: sedentes enim e throno declamabant, ut ubertim docuit politicis



fimi vir ingenii, quem sæpius nominavi, Cresfollius lib. III. cap. 13. Sed appositissimus est ad rem nostram Philostrati locus in Scopeliano: *διελέγετο μὲν ἀπὸ τοῦ θρόνου ἔξ ἀβρότητι ὅτε δὲ ὀρθὸς διελέγετο, ἐπιστροφῆν τε εἶχεν ὁ λόγος καὶ ἔβρωτο*: quorum mihi sensum non rite Cresfollius videtur assequutus: hæc enim positurus talia præfatur: *Porro Sophista vulgo declamabant sedentes, nisi forte in graviore quadam amplificatione exurgerent*: videmus eum censuisse ad unam utraque orationem esse referenda, quæ dixerim ego ad duas diversi generis declamationes pertinere: Philostratus enim exponit, si recte animum attendas, & quam molli vocis modulatione Scopelianus e throno pronunciaret, & quantis viribus ac quonam dicendi robore stans atque a throno remotus declamaret. Præterea, conjecturam enim meam adferre non gravabor, cum illud etiam sophisticum muneris esset discipulos in forensibus exercere causas, arbitror ex suggestu recitatas esse declamationes sophisticas, actionum autem forensium doctrinam cum discipulis impertirent, Sophistas stantes recitasse: ipsa cum opinione mea ratio conjurat: nam in orationibus sophisticis *ἀβρότης*, seu quædam pronunciandi mollitia requirebatur & grata dulcitas; sed in judicialibus nervi quidam, & animi oculorumque ac gestuum omnium vigor: pluribus eam rem argumentis, quod fieri forte posset, constabilire non aggrediar: illuc enim ad Pollucem est redeundum. Non tantum vero magna laudis æmulatio inter Sophistas, sed & ingens intercedebat obtrectatio, quæ modo non defuit Polluci, sed etiam invidia magis, quam ex rei forte veritate virtutes ejus obrivit. Incidit Athenodori Viri Clarissimi ætas in ea tempora, quibus res Pollucis maxime floruerunt; sed, cum eandem artem tractaret, ejus orationes ut pueriles & enervata dictione diffuentes illudebat: Philostratus: *παιδεύων δὲ (Ἀθηνόδωρος) κατὰ χρόνους, οὓς καὶ Πολυδεύκης ἐπαίδευσε, ἐπέκοπτεν αὐτοῦ ταῖς διαλέξεσιν, ὡς μειραμιώδη λέγων, οἱ Ταντάλου κῆποι πuerilem dicunt Romani, in qua jejunitas est & insulsitas summa, nullum vero rerum verborumque pondus: de orationibus Hegesiae ista Ciceronis est interrogatio in Bruto: At quid est tam fractum, tam in ipsa, quam tamen consequitur, concinnitate puerile?* huic est opposita fortis & nervosa eloquentia. Præterea notavit apud Philostratum in margine Morellus, *ἴσ. ἐπέσκοπτεν* qua re suam ipsius ignorantiam manifesto declaravit; germanum enim genuinum esse reor

ἐπέκοπτεν est autem *ἐπικόπτειν* acerbiori quodammodo linguæ verberare aliquem castigare, aut potius aperto scommate vel convicio mordere: & ab hac origine *ἐπικόπτης* hominem significat bene prodigum maledictorum & reprehensionis: utriusque verbi varia fuit apud Diogenem Laërtium fortuna: in Xenophane IX, 18. hæc leguntur: *γράφει δὲ καὶ ἐν ἐπεσι καὶ ἐλεγείας καὶ ἰάμβους καθ' Ἡσίοδον καὶ Ὀμήρου, ἐπικόπτων αὐτῶν τὰ περὶ θεῶν εἰρημένα* in quibus, me judice, perdunt operam, qui refingere tentant *ἐπισκώπτων* fallor enim, aut alludit Laërtius versiculum Timonis, quem ante produxerat: *Ξενοφάνην ὑπάτυφον, Ὀμηραπάτην ἐπικόπτην* non me fugit, esse viros Eruditissimos, qui hoc ipso loco satius ducant e Sexto Empirico reponi *ἐπισκώπτων*, quam alteram retineri lectionem: sed ego me tamen aggrego potius ad Casauboni sententiam, qui non injuria defendit *ἐπικόπτην* cum eo facit præstantissimus Menagius, etiamsi non satis videam, qua ratione debito versiculi modulo incommodet *ἐπισκώπτης*: hoc enim munimine opinionem illam præcipue tutatur Vir Magnus: neque etiam abhorreamur ab hac voce reducenda in eodem Auctore II, 127. & IV, 33. Kühnio non refragante: credibile profecto est usum vocabuli insolentioris tantam in MSS. peperisse varietatem: ad hæc autem si accesserit auctoritas Philostrati, rem esse confectam puto: at prætereundum mihi non est simili loquendi forma Romanos usurpasse *proscindere aliquem*; aut *alicujus famam*. Vitii tamen aliquid, ut cenfeo, in Philostrateo loco residet: nam orationem, uti legitur in vulgatis, bene conglutinatam & satis concinnam esse nemo literarum Græcarum non expers affirmavit: levi vocum transpositione melius habebit: *ἐπέκοπτεν αὐτοῦ τὰς διαλέξεις, ὡς μειραμιώδεις* nisi si quis ante hoc probet: *ἐπέκοπτεν αὐτὸν ὡς μειραμιώδη ταῖς διαλέξεσιν, λέγων &c.* maritandum enim cum genuino casu *ἐπικόπτειν*. Sed illi *Ταντάλου κῆποι*, quibus orationes Pollucis Athenodorus assimilabat, qui sint & quo sensu videantur intelligendi, Tyrius Sophista nobis aperiet: *δοκεῖν ἐμοί, inquit, τὸ κοῦφον τοῦ λόγου καὶ ἐπιπόλαιον Φαντασίαν παρεϊκάων οὐσητε καὶ οὐκ οὐση* scilicet Auctoris nostri orationes, Athenodori si standum sit iudicio, inani quodam verborum strepitu, & concinnitate mentita refertæ præterfluebant, cum nihil in iis utile ineffet ac fructuosum: non multo melior igitur Auditorum erat fors, quam Tantali, qui decipienda manu fugientia captabat poma: ante oculos vero habuit Athenodorus vulgari notissimam usu



parœmiam *Ταντάλης κήποι & Ταντάλου κήπος* *τρογγάν*, de qua præter alios Parœmiographi consulantur & Suidas. Etsi vero non parum Pollucis famæ detractum iverit invidia, discipulis tamen haud caruit, quorum multitudine cumprimis Sophistæ gloriari audebant: prodiit ex ejus schola Antipater, quem Adriano operam & Polluci dedisse narrat Philostratus; sed postea Severo Imperatori fuit ab Epistolis: *Ἀδριανῶ μὲν, inquit, καὶ Πολυδεύκει Φοιτήσας ἀπὸ τοῦ Πολυδεύκειος μᾶλλον ἤρμοσται, τὰς ὁρμὰς τῶν νοημάτων ἐκλύων τοῖς τῆς ἐρμηνείας ῥυθμοῖς.* in quibus itidem lineamentis non obscuris corpus orationis Polluceæ depingitur. Porro legitimum reliquit filium bonorum magis quam eruditionis hæredem: *ἐτελεύτη δὲ ἐπὶ παιδὶ γνησίῳ μὲν, ἀπαιδευτῶ δέ.* Tandem quum annos octo & quinquaginta exegisset, diem obiit supremum: in quo tempore designando unanimis est Philostrati & Suidæ consensus: sub quo vero Cæsare Pollux decesserit, cum id a nullo liquide sit traditum, nostrum non est peraccurate definire: Commodum tamen si fuerit superstes, non multum supervixisse credo: videtur enim ab hoc extremo vitæ spatio ad sophisticæ throni honorem evectus: quanquam non ignarus sim quosdam admodum juvenes etiam ad hujus dignitatis gradum ascendisse: hoc itaque si probabili argumento niti concedatur, annis Imperatorum computatis & in summam collectis, in Adriani tempora natalem ejus diem incidisse oportet: Antonini enim Pii, Marci Philosophi, & Commodi annos, quibus ad imperii Romani gubernacula sederunt, si una sumseris, quatuor & quinquaginta conficiunt: his si quatuor alios adjeceris numerum habes annorum, quibus inter vivos fuit Pollux: Adrianus autem orbi Romano præfuit uno & viginti annis: superos ergo videtur reliquisse Noster vel sub Commodum vel Pertinace. Tantum de Pollucis vita, aliisque, quæ ad eam spectare videbantur, rebus: nunc, antequam ad ingenii ejus monumenta transeamus, alia nos quædam admonent, quæ prætermisisse religioni duco. Persuasum fuit hæctenus eruditus Viris inter eos, qui Polluci fuerunt inimicissimi, enumerandum esse cum maxime Lucianum: quin etiam creditur Auctorem nostrum Attico sale defricuisse, & in ejus effudisse caput, quæ posteris conscripta reliquit in Lexiphane & Rhetorum præceptore: ego me rem non levem præstiturum arbitror, si hanc temere præconceptam opinionem ex hominum animis evellam; eademque me opera gratiam a Polluce magnam initurum spero, si fœ-

dissimam hanc ipsi labem abstergam. Primum quidem utrorumque ætatem congruere aut parum saltem distare concedam necesse est: variis enim e Luciani locis patet, cum floruisse sub Antoninorum imperio & Commodi: hac sane de re nemo Luciano paululum familiarior addubitet: legendus enim solus ejus Pseudomantis seu Alexander, qui omnem, si cui quis est, scrupulum demat: in eo quidem dialogo θεὸν vocat Marcum Philosophum, ex quo recte collegit Vossius de Histor. Gr. II. c. 15. cum de hoc Imperatore jam defuncto & in Deos relato loqui: huc accedit quod oraculum illud Alexandri mendax Antonini Pii & Marci ætate sit exortum, fallendique fecerit initium: ea vero de re Lucianus tanquam sibi comperta & explorata, quæque se contigerit vivente & vidente scribit, quod recte Marcilius cum alibi tum ad Philopatrim observavit: de hoc autem oraculo legendum suadeo prodigiali doctrina Virum Ezech. Spanhemium de Usu & Præst. Numism. p. 176. Demonax, cujus laudum liberalem egit buccinatorem Lucianus, iisdem vixit temporibus: inter alia vero meminit Herodis Sophistæ, quem Marci Philosophi præceptorem fuisse Capitolinus tradit: sed operæ fuerit pretium animum attendere ad illum Sostratum, quem Herculem Græci nominabant, cujus in primo Demonacte vitam se conscripsisse refert: hic Sostratus cum Herode jam seniore colloquutus est; ut narrat in ejus *Sophista* Vita Philostratus: putandum enim, Herculem illum, cujus a Philostrato fit mentio, quique se Agathiona denominari a Bœotis dicebat, non alium esse aut diversum ab hoc Sostrato, cujus se memoriam & res gestas literis illustrasse Lucianus testatur: res illi lucide liquebit, qui Luciani Sostratum cum Agathione Tyrii scriptoris componere non fuerit gravatus: igitur illi non video quo pacto ab errore turpi se liberare queant, qui affirmare non dubitaverunt, Sostrati illius memoriam, si unum, qui ejus fecerit mentionem Lucianum excipias, penitus esse oblitteratam: sed longius in hac re non procedam, quanquam in ea forte aliorum scrinia compilare non opus haberem. Jam nunc igitur in rem præsentem camus: Lexiphanes in hac disputatione ordinem occupabit primum: de hoc dialogo ita scribit Vir Maximus J. G. Grævius, cujus in re literaria nomen dudum est pervulgatum, in politissimis illis ad Lucianum notis: *Per Lexiphanem in dialogo, qui hoc nomine inscribitur, intelligi Pollucem, qui Onomasticon scripsit, in quo omnia, quæ hic irridet, obsoleta verba inve-*



veniri, memini olim in Scholiaste Luciani ἀνεκδότῳ legere apud H. Vossium τὸν πάνυ. Opinor equidem ipsum illum Codicis Vossiani Scholiastem postremis Amstelædamentium typis cum erudito orbe esse communicatum: nihil autem in eo, quod ad Pollucem spectet ejusve Onomasticon, ad Lexiphane adnotatum invenio: ex quo mihi cogitare venit in mentem, memoriam forte optimo homini imposuisse: verisimillimum enim videtur Virum summum, cum in animo hærerent, quæ legerat a vetere Commentatore ad Rhetorum Præceptorem observata, ad Lexiphane retulisse, quod paulo post magis patebit: sed Vir prudentissimus judicium suum non interposuit, totamque rem in medio reliquit: Eruditissimus tamen Kühnius in Præfatione, alique etiam perdocti viri conceptis verbis affirmare non verentur ipsum in hoc dialogo perstringi Pollucem: ego vero ne probabili quidem argumento destinari posse & fulciri hanc opinionem existimo: quod enim quis objiciat, omnia, quæ Lucianus ad risum proficit, obsoleta verba in Pollucis inveniri Onomastico, adeo non verum est, ut etiam multa enumerare sit in promptu, quæ frustra quæsieris in Auctore nostro: ne forte meam in hac asseveratione fidem desideret Lector, speciminis ergo ex prima pagina quædam apponam, unde de reliquis non difficili labore judicium ferri possit: γράμμα τήτινον, νεοχμόν, ἀντισυμποσιάζειν, εἴρωνα πεδοῖ καταβλεῖν, εὐπορα ὅτι &c. Præter hæc perpetuum quoddam hominis inepte docti, quicumque demum is fuerit, Lucianum traduxisse scriptum, mihi quidem non dubitabile videtur: illud erat, me iudice, symposium seu convivium ad exemplar & æmulationem Platonicum symposii conformatum: id ni fuerit verum, expedire mihi quemvis optem, quid sibi velint aut quorum tendant ista Lexiphane in dialogo primo: ἀντισυμποσιάζω τὸν Ἀρίστωνος ἐν αὐτῷ (τῷ συγγράμματι) Benedicendum in sua versione hallucinatum esse credo: Convivium ab illo Aristonis diversum instituo: dixerim equidem hoc loco ἀντισυμποσιάζειν aptius significare imaginem seu formam symposii Platonicum in suis scriptis exprimere; nisi quis maluerit, vicissim convivio excipere: sed hac de re statuet Lector, prout placitum fuerit: ista quoque ex eodem selecta dialogo a nostris stant partibus: ζητῶ δὲ πρὸς ἑμαυτὸν, ὅπως τὰ τοιαῦτα καὶ συνελέξω καὶ ἐν ὁπόσῳ χρόνῳ, καὶ ὅπως κατακλείσας εἶχες τσοῦτον ἔσμον ἀτόπων καὶ διαστρόφων ὀνομάτων, ὧν τὰ μὲν αὐτὸς ἐποίησας, τὰ δὲ κατορωρυγμένα πόθεν ἀνασκάω κατὰ τὸ λιμβεῖον, "Ολοιο θνητῶν ἐκλέγω τὰς συμφορὰς.

De Polluce neminem esse dicturum autumo, ipsum non pauca nominum eorum, quæ in Onomastico continentur, per se confinxisse, quippe qui summa cura & diligentia studuit, si quid rarius adferret & a communi consuetudine remotius, veterum auctoritate munire: porro animum quæso, Lector attendat ad hæc Lycini Lexiphane monentis & emendantis verba: καὶ μὴ κἀκείνο οὐ μικρὸν, μᾶλλον δὲ τὸ μέγιστον ἀμαρτάνεις, ὅτι οὐ πρότερον τὰς διανοίας τῶν λέξεων προκαρσικευσμένος, ἔπειτα κατακοσμεῖς τοῖς ῥήμασι καὶ τοῖς ὀνόμασι, ἀλλ' ἦν που ῥῆμα ἐκφυλον εὖρης, ἢ αὐτὸς πλασάμενος οἰηθῆς εἶναι καλὸν, τοῦτω ζητεῖς διάνοιαν ἐφαρμόσαι, καὶ ζημίαν ἡγῆ, ἂν μὴ παραβύσης αὐτό που, κἄν τῷ λεγομένον μὴ ἀναγκαῖον ἢ communi nisi quis caruerit sensu, in Onomastico hoc Pollucis quadrare non dicet: mihi prius quidvis persuaderi patiar, quam hoc ut credam: ubi enim illa in Onomasticis locum habeant, ut quis ordine perversissimo verbis sensum quærat, non sensui verba? præterquam quod cum Polluci propriis aliquid verbis propriae sententia scribendum est, ut usu venit cum alibi sæpissime, tum libr. VIII. tam plane scribit, tantumque abest ab obscuritate cascarumque vocum squalore, ut apud animum meum summopere mirer, qui potuerint Pollucem cum Lexiphane Viri Doctissimi coæquare: neque adeo quenquam commoveat earum multas, quas collegit Lucianus, antiquiores voces in Pollucis itidem Onomastico reperiri: cum in eam sæpissime curam incubuerit Pollux, ut veteriora quædam nec tamen inelegantia ex antiquis scriptoribus & Comicis adnotaret: sed quid ego in re clara moror, in qua vereor, ut argumenta recensendo Lectores fatigem. Lexiphane tela, quæ ad pravum adhibuerant usum viri Docti, depulimus ab Auctore nostro: succedit Rhetorum Præceptor, in quo amovendo major erit & scruposior difficultas, cum veterum auctoritate premamur: sic tamen in hoc disputabitur, ut cuiuscunque liberam iudicandi facultatem nobis oppignoratam nolumus. Disertis itaque verbis in Pollucis ignominiam hunc libellum esse productum Scholiastes non nimium vetustus affirmat: rem ex ipsius verbis cognoscamus: Φασὶν ὡς εἰς Πολυδεύκη τὸν ὀνοματολόγον ἀποτεινόμενον Λουκιανὸν τοῦτον γράψαι τὸν λόγον· τέχνην μὲν εἶδ' ἦν τινα λόγον παραδίδοντα, σωρὸν δὲ λέξεων ἀδιάκριτον ὑφίσταντα, καὶ ἴσως οὐκ ἀπὸ σκόπῃ ταῦτα τοῖς Φήσασιν εἴρηται· ἐπεὶ καὶ συγχρόνῳ ἄμφω Λευκιανὸς καὶ Πολυδεύκης· ἐπὶ γὰρ Μάρκου τοῦ αὐτοκρατορὸς vitia quibus oppressus est locus, cursum nostrum impediunt, & sunt obiter-removenda: scribe



primum τέχνην μὲν οὐδ' ἦν τινα ἢ λόγον. deinde συνίσταντα, *corrudentem* ut reponamus, Græci fermonis ingenium postulat: ἀδιάκριτον ἀνἀδιακρίτων. legas, parum interest: hoc tamen malim: sed multo etiam audacius majorique cum fiducia veritatem hujus opinionis ille noster vendit ad hæc in extrema dialogi parte verba: πρῶτον μὲν οὐκ ἔτι ποθεινὸς ὀνομάζομαι, ἀλλ' ἤδη τοῖς Διὸς καὶ Λήδας παισὶν ὀμῶνυμος γεγέννημαι. attende sis: Ἐντεῦθεν ἀναντιρρήτον, inquit, ἤδη, ὡς Πολυδεύκην διασύρει ὁ παρῶν λόγος, εἶγε Κλέσφορος ἀδελφὸς Πολυδεύκης ὁ Λήδας, ᾧ οὗτος ὀμῶνυμος ὁ διασυρόμενος Ῥητόρων διδάσκαλος. Et obloquimur etiam tanto sponfore? sed bona verba, quæso; neque judicet quis, nisi re prius diligenter cognita: Marcius Vir profecto non indoctus huic sententiæ subscribit: *Scriptus videtur*, inquit, *in Juliam Pollucem*, cujus extat *Onomasticum*. *Hinc illud fere in fine hujus dialogi*: ἀλλ' ἤδη τοῖς Διὸς καὶ Λήδας &c. Palmarius tamen homo doctissimus, cui Musæ non minus quam Mars fuerunt præcipitæ, seu hanc eruditorum ignoraverit opinionem, seu prudenter dissimulaverit, ex eo, quem superius citavi, Luciani loco patere putat Rhetorem illum largissimis a Luciano conviciis perfunctum primum Ποθεινόν, deinde fuisse nominatum Διόσκουρον vel Διοσκουριδην. ea sententia quanti sit ponderis, paulo post examinabitur: nunc illud mihi præcipiendum videtur, non usque adeo debere veteris illius Commentatoris auctoritatem apud nos valere, ut quamvis alterius opinionis cogitationem mente nostra excutiat, nisi rationes accesserint firmissimæ: hic etiam observari velim, ipsum illum hominem primo scripsisse dubitanter καὶ ἴσως οὐκ ἀπὸ σκόπης &c. quamquam postea calidius quædam effutiverit ad ista, quæ nos cummaxime nobiscum facere putamus: ex hoc tamen ipso loco in eam incidisse cogitationem videntur, qui primi opinionis illius extiterunt auctores. Præterea Luciani Scholiastes, id quod efficit, ut in ceteris fides ejus deteriori sit loco, falsum & ineptum Polluci impingit crimen, quod nullam omnino artem aut rem dignam memoria tradiderit: contra quem tum Philostratum tum etiam Suidam testes citare mihi posse videor, qui procacem hominis illius calumniandi libertatem suis testimoniis compescant: edidit enim in lucem non pauca & diversi generis noster Pollux, quæ cum aliis optimis antiquorum monumentis longinqua delevit ætas & eadem oppreffit ruina. Jam porro videamus, an in Pollucem convenient, quæ isto Luciani dialogo memorantur: in quam rem cum plurima possint adferri, pauca tantum-

modo eaque judicio nostro præcipua excerpemus; ad quæ ut animum accurate advertat, Lectorem etiam atque etiam rogo. Ὅρας γὰρ ἔμε ὃς πατὴρ μὲν Ἄφρανοῦς καὶ οὐδὲ καθαρῶς ἐλευθέρου ἐγενόμην ὑπὲρ Ἑδῶν καὶ Θμοῦν δεδουλευκότος, μητὴρ δὲ ἀνεστίας ἐπ' ἀμφοδίων τινός. Hæc, me judice, Benedictus non male verterat, etsi non ignorem aliter sentire viros præstantissimos: ut enim intelligas illud ἐπ' ἀμφοδίου τινός, qua voce bivium profecto Græcis nominatur, repetendum a præcedentibus ἐγενόμην. sed cum in scriptis Codicibus ἐπαμφοδίτου τινός legatur, non est quod pro recepta lectione propugnem, ea tamen conditione, ut ἀκέραιαν τινὰ ἐπαμφοδίτου sic interpretéris: *bellula quedam & a Veneris officio non aliena sartrix*. Ægyptium esse Pollucem oportet fateamur: sed parentes ejus tam vili loco fuisse & inhonestæ sortis, non facile crediderim, cum patrem ejus ut doctum Philostratus collaudet: quamquam non sim nescius, id minime obtare, quo minus in tenui quis natus sit fortuna: forte etiam nonnemo suspicetur, Philostratum eo parentum Pollucis non fecisse mentionem, quod humili essent conditione: sed nihil est in hoc argumento speciosi, cum sæpe Philostratus plurimum Sophistarum originem & parentes reticuerit, quos tamen nobili genere & illustri familia prognatos aliunde certum est: sed alia supersunt. Exinde vero pro deliciis se cujusdam illiberalis amatoris voluptati & libidini deserviisse refert ille Rhetorum præceptor: postea meliorem se nactum esse fortunam inscientia & impudentia quasi viatico quodam usum: tandem mulierem quandam observavit septuagenariam, vel potius cum ea habitavit, γὰρ ἐβδομηκοντούτιδι συνῶησε, cujus etiam omnium bonorum hæres testamento factus fuisset potitus, nisi servulus quidam detestanda malitia cum emisse venenum ad hanc extinguendam fuisset indicio: hac itaque spe cum exciderat, ad forum se contulit, & quamquam causas ageret infelicissime nulloque successu, janua tamen viridi palma erat insignis: hoc enim monumento testatum voluerunt causarum actores, se ea esse & industria & prudentia, ut perpetuas reportarent a partibus victorias: vitam cognoscis omnibus flagitiis inquinatissimam, quæ si sic fuit in aperto posita, ut neminem aut perpauca lateret, & scriptis etiam exagitaretur, miror equidem, quo pacto Marcus Imperator ad hominem tali existimatione Commodum suum deduxerit informandum; in primis cum mores ejus ferociores, referente Capitolino, studuerit emollire & a perditio luxu ad virtutem avocare: his addi potest, quod Pollux



fuerit cum uxore, ex qua legitimum etiam suscepit filium, ut supra docui: atqui Rhetorum ille Præceptor septuagenariam habuit & edentulam, cui diutissime spe prædæ blanditias fecerit: postremo Rhetorum Præceptor forum calfaciebat, ex eoque negotio omnes suas parabat divitias, cum fati sit exploratum juvenibus in arte sophistica erudiendis Pollucem præfuisse, & thronum obiisse Atheniensem: non quidem me fugit Sophistas etiam creberrime causas egisse: sed id nihil ad hanc rem & Pollucem. Denique unde maximum sibi præsidium adversarii comparatum putant, in eo spem opinionis nostræ ponimus modo non totam: pertendunt enim in istis, πρώτον μὲν οὐκ ἔτι ποθεινὸς νομαζομαι, ἀλλ' ἤδη τοῖς Διὸς καὶ Λήδας παισὶν ὁμῶνυμος γέννημαι. Pollucem tantum non digito & nominatim designari: magnum profecto lenocinium incauto hac re objiciatur: sed omnem illius argumenti probabilitatem disjecit sagacissima Palmerii conjectura: Διόσκουρον scilicet, vel, quod potius amplector, Διοσκουρίδην hominem illum appellatum, quem tantopere Lucianus sibi deformandum proposuit: nam si quis Διὸς καὶ Λήδας παῖδας dicit, non alterum ex illis, sed utroque Dioscuros significat: sic enim & Horatius: *Dicam & Alciden, puerosque Leda Hunc equis, illum superare pugnis Nobilem &c.* Quod si Pollucem habuisset ante oculos Lucianus, quis dubitabit eum fuisse scripturum τῷ Διὸς καὶ Λήδας παιδί, aut simili modo. Dioscurides ea ætate & multi fuerunt & spectatissimæ virtutis ac doctrinæ, ut alibi ostendemus; sed hujus memoriam ex scriptis veterum tum sua malitia vitæque improbitas, cum temporis diuturnitas videtur erasisse. Restat aliquid in Palmerii sententia, quod probandum non cenfeo: cum enim illum Rhetorum Præceptorem prius existimat vocatum Ποθεινόν, minus bene Luciani mentem perspexit, quæ hæc est, nisi me totum mea fallit ratio; non amplius illum vocari ποθεινόν, quo scilicet modo delicias compellere consueverant amatores, *Bellum, amabilem*, sed suo jam proprio nomine gaudere, adeoque vinculis alienæ potestatis & libidinis esse exsolutum. Hactenus optime de Polluce meo, cujus incredibilis quidam amor animum meum infedit, me commertum esse existimo, cujus famam & bonum in re literaria nomen temere turpi calumniæ non prodendum censebam: id vero mihi multo magis etiam optandum est, ut non minus ipsi mihi quam veritati meisque Lectoribus satisfecisse videar, non quod aliorum sententias opinioni meæ obligatas cupiam, nam proprii quemque judicii

trahit voluptas, sed quia singulari affectu Polluci faveo. Cum hoc vero nostro Polluce ne quis confundat istum, cujus meminit in Demonacte Lucianus: Ἐπεὶ δὲ Ἡρόδης ὁ πάνυ ἐπέμβει τὸν Πολυδεύκη πρὸ ἄρας ἀποθανόντα paulo inferius: Περὶ μέντοι Ἡρόδου ἔλεγεν ἀληθεύειν τὸν Πλάτωνα Φάμενον οὐ μίαν ἡμᾶς ψυχὴν ἔχειν οὐ γὰρ εἶναι τῆς αὐτῆς ψυχῆς Ἐγγίλαον καὶ Πολυδεύκη Ἐγγίλλαν, me probante, Marcilius restituit: ille vero Pollux, cujus hic mentionem factam vides, alumnus erat Herodis, quem cum aliis propter singularem ingenii morumque præstantiam & bonitatem a pueris eduxerat: memoriæ prodidit hanc rem Philostratus: ἀλλ' Ἀθηναίοις ἀπάνθρωπα ἐδόκει ταῦτα ἐν ἐνθυμωμένοις τὸν Ἀχιλλέα καὶ τὸν Πολυδεύκη καὶ τὸν Μέμνονα, ἐς ἴσα γυναικίους ἐπέμβησε τροφίμους ὄντας, ἐπειδὴ καὶ οἱ μάλιστα ἀγαθοὶ ἦσαν, γενναῖοι τε καὶ φιλομαθεῖς καὶ τῇ παρ' αὐτοῦ τροφῇ κρέποντες videtur autem Herodes istis pueris imposuisse nomina ab Heroibus ducta, quod olim insolens non erat. Hæc autem etsi ab ingenio attento non difficulter animadvertantur, novi tamen, qui pudendo errore nostrum Pollucem & illum Herodis non differre defenderet. Præterea alius etiam in mundo fuit Julius Pollux, qui orbis terrarum fastos a rerum principio ad Valentis ætatem perduxit; qua ipsa re Polluce nostro longe inferiorem esse liquet: hujus plerosque Viros doctissimos, qui de Onomasticographo scriptis aliquid mandaverunt, mentionem fecisse reperio: inter alios adeundi Colomesius in Bibliotheca Selecta, J. G. Vossius de Hist. Græc. lib. IV. c. 17. Faber in Dissertatione de Lexicographis, in primis autem Lambecius ad G. Codini Excerpta p. 143. ubi luculentum hujus Auctoris fragmen protulit; & pag. 163. Postquam Pollucis historiam, qua fieri potuit a me accuratione, sum persequutus, sequitur, ut de scriptis ejus & operibus itidem non nihil differatur, quem nostræ Præfationis locum qua potero brevitate perficiam. Quæ Suidas enumeravit, omnibus est legendi potestas. Philostratus, ut æquabilem nec incomtum ostendat orationis tenorem habuisse nostrum Pollucem, has ex quodam ejus scripto reliquias servavit: ὁ Πρώτεος ὁ Φάριος, τὸ θαῦμα τὸ Ὀμηρικόν, πολλὰ μὲν αὐτοῦ καὶ πολυειδεῖς αἱ μορφαὶ· καὶ γὰρ ἐς ὕδωρ αἵρεται, καὶ ἐς πῦρ ἄπτεται, καὶ ἐς λέοντα θυμᾶται, καὶ ἐς σὺν ὄρμα, καὶ ἐς δράκοντα καὶ ἐς κάρδαλον ἄπτεται, καὶ δένδρον ἦν γέννηται κομᾶ· quæ mihi commoda quadam & naturaliter grata suavitate videntur delibuta: postea Philostratus alio quodam specimine demonstrat, quænam fuerit Pollucis declamantis scribendi dicendique ratio: istius autem de-



claminationis, unde quæ sunt ad illam rem desumfit, seu cujus potius illa continent argumentum, titulum fuisse Νησιώτας, perquam legenti Philostratum verosimile fiet: cum vero inter labores alios Pollucem edidisse Μελετάς Suidas commemoret, non alienum a probabilitate mihi videtur, in isto Declamationum volumine extitisse hos Νησιώτας: sed hæc sciamusne an ignoremus parum attingit. Porro manu descriptam Onomasticographi Arcadium, quam Suidas Ἀριαδικὸν appellat, in Budensi Bibliotheca reperiri indicat e Gesnero J. G. Vossius de Histor. Græc. IV, 17. Sed inter Pollucis opera maxime hominum elegantiorum tulisse calculos ejus Onomasticon, ex eo comperire licet, quod præ ceteris omnibus voraginem illam præstantissimorum Auctorum vetustatem dico effugerit: de hoc igitur paulo majori cum cura mihi dicendum constitui: quod ut ordine fiat & legitime, quosdam mihi limites præstinavi, ut primo nimirum loco de Onomasticis generaliter, componendi ratione, eorumque variis scriptoribus agam; tum deinde de nostri Pollucis Onomastico capitulatim disputem. A vocum vero notatione rei expediendæ ducendum esse initium Viri literis humanioribus cultissimi sanxerunt; quorum ego statutis libentissime morem gero. Ὀνομαστικὸν igitur βιβλίον, ut plene Pollux effert lib. IX. Præfat. & in Labbæi Codice fuit scriptum, nemo dubitabit, quin descendat a vocibus ὄνομα & ὀνομάζειν, nominare, nomina imponere; Onomasticorum itaque munus est, commoda rebus nomina imponere, & docere quibus verbis uberiore quadam & florente elegantia rem unam designare possimus: non enim in Onomasticis tanquam proprio quodam loco de vocum difficiliorum interpretationibus agebatur, sed quo pacto propriis res quævis & pluribus insigniri possent verbis: nullus autem huic tractationi generalis præscriptus erat ordo; sed pro lubitu quisquis adhibebat, qualem mente concepisset, in quo rerum potius æqualitatem & congruentiam, quam literarum seriem sequebatur: non potuit tamen non fieri, quin multæ in hoc scribendi genere obscurorum nominum aut antiquatorum inferrentur interpretationes, quod satis etiam ex nostri Auctoris Onomastico constat: cum enim certa res incideret, quam quæ denotabat rarior esset & tantum non obsoleta vox, illa legitimo jure explicabatur: quod eo magis fieri necesse fuit, quia, si quidem opportunis vocibus res erant signandæ, monstrari debebat id quod prolatum erat vocabulum ad rem esse appositum: hinc etiam

usu venit, ut frequentissime veterum scriptorum loca & auctoritates adhibeantur: maxime vero id erat necessarium, si vocis cujusdam probitas minus esset spectata, aut si speciem aliquam novitatis præberet: ipsum ea de re monentem audi Pollucem in Epistola libr. X. præmissa: καὶ διὰ τοῦτο καὶ πλείους ἐπηγαγόμεν ἐν ταῦθα τοὺς μάρτυρας, ὅτι τὰ πλεῖω τῶν ὀνομάτων ἀπολογίαὶς ἢ ὁράσους ἐδείτο: idemque de omni Onomasticorum usu sic alibi scribit: μνησθεὶ δὲ ὅσα τε συνώνυμα, ὡς ὑπαλλάττειν δύνασθαι, καὶ οἷς ἕκαστα ἀνδηλωθεῖν πεφίλοτιμήται γὰρ οὐ τοσούτον εἰς πλῆθος, ὅπόσον εἰς κάλλους ἐκλογήν: quæ cum elegantissime dixerit Auctor noster, perconcinne a meo Lederlino sunt versa: *nec tantum in verborum copia congerenda, quantum in delectus venustate laboris insimulatum est*: similem adhibuit loquendi formulam Ælian. H. V. III, 1. οὐκ ἀνθρωπίνης χειρὸς ἔργα, ἀλλὰ φύσεως αὐτόματα εἰς κάλλος τότε φιλοτιμησομένης: ad quem locum perdocta est summi Perizonii nota. Ad illam autem rem quod attingit innumeras in Onomasticis reperiri Glossas, sic eo de negotio sentit Eruditiss. Maussacus in Critica Dissertatione: *Et tamen quis ignorat in Hesychii præsertim & Etymologi operibus innumeras Glossas contineri, ut & Suidæ sylloge & Pollucis Ὀνομαστικῶ*. Ex dictis clare elucet, quæ sit differentia inter Onomastica, Lexica & Glossas. Lexica enim & Glossæ scruposiora nomina studiosius explanabant, & in ordinem literarum plurimum digerebantur: eam ob rationem meminit Eustathius Λέξιμῃ παλαιῇ κατὰ σοιχειῶν, & alibi τῆ γράψαντος ἐν σοιχειακῇ τάξει λέξεων: quæ res, si id ageretur, pluribus exemplis stabiliri posset: id tamen probe compertum habeo, sub primis Lexicorum incunabulis hæc temere fuisse composita, nullaque literarum serie servata: sed postea, cum animadverteret eam scribendi rationem non parum incommodare quæsituri Lectoris utilitati, in defuetudinem ferme hic indigestus Lexica & Glossas componendi modus abiit: quod tamen si quis expositionem vocum difficiliorum libro complecteretur nullo ordinis habito respectu, talia volumina plerumque solebant Συμμίκτων, συμμικτῆς λέξεως, χρηστομαθελῆς &c. titulis inscribi: de hoc autem argumento non pauca possem nec inutilia forte cum Lectore communicare, ut non vulgaria nec contemnenda Præstantiss. Maussacus super eo scribat in Dissertatione Critica, quem ipsum tamen quivis æquus rerum æstimator sua debere pleraque Doctissimo Wowerio non ibit inficias. Hic non inutilis a nobis instituat quæstio, ad quam nimirum Grammatices par-



tem Onomastica pertinere sint censenda: de Lexicis & Glossis idem hoc quæsitum fuit ab eximiis literarum columinibus Wowerio & Mauffaco: hic autem prænotandum est, quod tres Grammatices esse partes literati veteres tradiderint, *τεχνικήν, ἐξηγητικήν & κριτικήν* in quibus exponendis & declarandis ne commorari necesse habeam, fecit laudatissima Wowerii & Mauffaci industria: qui vero cognoverit formam secundæ Grammatices partis, confestim istius esse ditionis Onomastica perspiciet: versantur enim cum in rerum tum in verborum explicatione, quæ suis quæque locis usurpanda diligenter assignant: sed præterea nemo negare aufit, hæc omnino opibus illius supremæ & nobilioris Grammaticæ partis indigere: judicandum enim sæpissime de bonitate & pravitate vocabulorum, genuinis auctorum & nothis scriptis, aliisque quam plurimis rebus, quarum proprius est in Critica locus. Indolem Onomasticorum & usum rite deformavi, suisque depinxi coloribus: porro nobis videndum est, num & ab antiquitate hæc scribendi materia commendetur, & præcellentium auctorum celebritate sit nobilitata: hic equidem non vereor affirmare cum ipsam rem tum etiam nomen longe vetustius esse Lexicis aut Glossis, quorum origo & prima initia a viris eruditis non ignorantur: ne dictis fides desit, ordine recensere laudatos in veterum monumentis Onomasticorum scriptores. Primus autem, quem Onomastica conscripsisse accepimus, Orpheus est sed oratione numeris carminum adstricta: testis hujus rei Suidas in *Ὀρφεύς*, quo loco inter alios Orphei libros enumerat *Ὀνομαστικὰ ἔπη κσ.* a quibusdam vero Brontino pervetusto scriptori hic foetus adscribebatur: nam eorum plurima, quæ Orphei præferrebant nomen, titulum mentiri credebantur: factum enim frequenter, ut illustri alicujus viri nomine abuterentur, ab eoque suam emendicaret auctoritatem, quo commendatius esset opus, magisque Lectores alliceret ficti nominis splendore: nimium autem arguta est Doctissimi Eschenbachii conjectura in ejus Epigene opere pererudito: scilicet existimat his versibus Orpheum tradidisse nomina Deorum: Athenagoras enim & Athanasius scriptum reliquerunt nomina Deorum Orphei esse inventum, cujus vestigia Homerus ceterique dein poetæ sunt sequuti: convenit autem exacte hæc expositio perquam ingeniosa cum Onomasticorum lege, quam supra descriptam dedimus: ad hoc forte pertineant opus, quæ leguntur apud Macrobius lib. I. c. 18. nisi quis ad Orphei Theogoniam referre maluerit.

Hæc Orphei Onomastica reposuit quoque inter alios principis Theologi libros diligentissimus Fabricius Biblioth. Græc. lib. I. c. 19. idemque se non meminisse scribit, alibi præterquam apud Suidam istius scripti mentionem reperiri: Eschenbachius tamen unum alterumque e Diodoro Siculo & Clemente produxit locum, quæ putaverit ex his Onomasticis desumpta. Ab Orpheo secundas tenet Democritus, nomen inter antiquos sapientiæ antifites vel maxime conspicuum, qui eruditionis suæ famam omnimodis ad posteros scriptis propagavit: hujus ingenio non tantum arcanioris philosophiæ studium infinita debuit, sed etiam non tralaticio more ad amœnorum literarum cultum animi industriam adjunxit, ad cujus utinam exemplum philosophiæ recentioris auctores se composuissent, minus in ea forte barbarici esse, multo autem plus lucis. Diogenes Laërtius in extrema Democriti vita dictis fidem faciet: *Μουσικά δὲ τὰδε: Περὶ ῥυθμῶν καὶ ἁρμονίας: Περὶ ποιήσεως: Περὶ καλλοσύνης ἐπέων: Περὶ εὐφώνων καὶ δυσφώνων γραμμάτων: Περὶ Ὀμήρου ἢ ὀρθοσπεύς καὶ γλωσσέων* (malo separatim *Περὶ γλωσσέων*) *Περὶ αἰδιῆς: Περὶ ῥημάτων Ὀνομαστικόν: Μουσικά* veteres appellabant literas humaniores, quæ Musis doctrinæ præfidibus sunt curæ: totum vero Diogenis adscribendum duxi locum, ut sine controversia liqueret ejusmodi fuisse Democriti Onomasticon illud, quod ad hanc nostram spectet materiem: tituli enim aliorum librorum vicini non obscure declarant, haud uno in opere de nominibus eorumque adhibendorum apta ratione a philosopho Abderitano fuisse tractatum. Non autem accedo ad Menagii sententiam legentis *Περὶ Ῥημάτων ἢ Ὀνομαστικόν* multum enim ab Onomasticorum forma distat illa *Περὶ Ῥημάτων* materia, siquidem ad primam Grammatices partem pertineat, adeoque singulari libro sit exponenda.

Tertio consistit loco Gorgias Sophista, cujus olim in bibliothecis extitisse doctorum hominum Onomasticon ex solo quidem Pollice, si memoria non fallit imprudentem, cognovimus: ipse tamen eum Gorgiæ laborem nescio quo jure spernit: *Ὀνομαστικόν τι βιβλίον πεποιήται Γοργία τῷ σοφίστῃ, οὕτως μὲν ἀκοῦσαι παιδευτικόν, εἰς δὲ κείραν ἔλθειν ὀλίγου λόγου.* Præfat. libr. IX. Gorgias autem hic est insignis ille Leontinus Sophista, qui princeps nervos, splendorem & numeros orationi addidit: frequens est ejus mentio in Bruto Ciceronis, & vitam luculenter enarravit Philostratus lib. I. de Vit. Sophist. Putatur etiam Onomasticon edidisse Herodianus Grammaticus: sagacissimus noster,



Jungermannus illius fecit mentionem ad Epistolam Auctoris nostri primam : sed cum totius rei fundus sit Etymologici Magni pater, ejus verba produci oportet, & accuratius expendi : λέγουσι δέ τινες, ὅτι ἐν τοῖς Ἐπιμερισμοῖς Ἡρωδιανὸς λέγει, ὅτι μετοχή ἐστὶ κῦδαινω, ἐκῦδηνω, κῦδαναντος, καὶ κατὰ συγγοπήν καὶ συνθέσει ὑπερκῦδαντος· ἐν δὲ τῷ Ὀνομαστικῷ λέγει, ὅτι ὄνομα ἐστὶ καὶ μᾶλλον ὄνομα δεῖ λέγειν ἢ περὶ μετοχῆν· τὸ γὰρ Ὀνομαστικὸν αὐτὸ ὠμολόγηται εἶναι· οἱ δ' Ἐπιμερισμοὶ οὐκ εἰσὶν αὐτοῦ πάντες, ἀλλ' εἰσὶ καὶ ψευδεπίγραφοι. in his cum duplex ejusdem tituli reperitur scriptura, dubium est, utra potior sit judicanda : Sylburgius homo præstantis judicii ἐν δὲ τῷ Ὀνομαστικῷ reficiendum existimavit : rectissime, me spondente : aperte nobis adstipulatur Eustathius ad II. Δ. ubi de eadem hac agit voce : Ἡρωδιανὸς δὲ ἐν Ἐπιμερισμοῖς μετοχῆν λέγει τοῦτο ἀπὸ τοῦ κῦδαναντες· ἐν δὲ τῷ Ὀνομαστικῷ ὄνομα λέγει εἶναι αὐτὸ, ὃ καὶ πιστευτέον, ὡς Φασὶν οἱ παλαιοὶ, ἢ περὶ τοῖς Ἐπιμερισμοῖς· τοῦτο μὲν γὰρ Ἡρωδιανὸς εἶναι ὠμολόγηται· ἐκείνων δὲ εἰσὶν οἱ ψευδεπίγραφοι λέγονται· hinc in Etymologo patet emendandum, κῦδαναντες & ὑπερκῦδαντες, quanquam illud leviculum sit & nullius momenti : in Eustathio vero suppleri debet ; ὃ καὶ μᾶλλον &c. ἢ περὶ enim tunc sequi solet, cum præcessit μᾶλλον. Titulus autem hujus Herodiani operis non tantum Ὀνομαστικὸν sed & Ὀνομαστικῶν fuit : præstat affirmationem meam Eustathius ad Odys. II. ἐν δὲ γε τοῖς Ὀνομαστικῶς τοῦ Ἡρωδιανου φέρεται, ὡς ἐν τοῦ μάρτυρος γίνεται κατὰ τὴν διάλεκτον τροπὴν τοῦ σ. εἰς ρ ὃ μάρτυρ. Cum autem sic, ut posui, utrisque Eustathii locis editio Romana præ se ferat, mirari subit, qui contigerit, ut in Indice Auctorum ab Eustathio adductorum, quem in Bibliotheca Græca publicæ luci Doctissimus Fabricius commisit, utrobique repræsentetur Ὀνομαστικὸν, cum scriptum decuerat, hæc enim est germana lectio, Ὀνομαστικῶν. Illud autem Herodiani volumen, quin ipsis rebus tractandique modo multum ab Onomasticorum abfuerit forma, non dubitabit, si quis animum ad solam attendat inscriptionem : βιβλίον enim Ὀνομαστικῶν jure nominabatur, in quo de nominibus eorum natura, mutatione & perfectō scribendū modo agitur : in hanc ipsam vero curam incubuisse Herodianum in hoc toto volumine, satis superque ea, quæ proferunt Etymologus & Eustathius, demonstrant : pertinuit igitur hic liber ad primam Grammatices partem, quæ τεχνικὴ dicitur seu μεθοδική, in qua modo non semper Herodianus fuit versatus, quod ipsum perfectō simul indicat & satis clare Onomasticῶν & Onomasticῶν differitatem : forte non dissimil' fuit argumento Democriti Περὶ βημάτων sed de Palamedis Eleatæ Grammatici Ὀνοματολόγω quid statuendum sit equidem ignoro : Suidas illud ejus opus nominat in Παλαμῆδης certe nostrum Pollucem appellat ὀνοματδολογὸν Luciani Commentator : sive quis igitur eum librum Onomasticis persimilem velit, sive potius, quæ differentia non parva est, Herodiani Onomasticis, in ea re non disputabo. Denique quoddam Onomasticon Latino Græcum prodiit Argentorati 1536. Caplepio præfixum, veteris & bonæ notæ : eam igitur ob rationem postea fuit etiam insertum Caroli Labbæi Glossis : recte vero huic libro, quisquis fuerit Auctor, nomen fecit Onomasticon : nam Græcis vocibus nomina Latina expressit, seu vocabulis Latinis adscripsit voces Græcas, quibus commode designari possent. Sed ad Pollucis Onomasticon tandem veniendum est. Nunc optime discerni potest, an magis conveniat huic Pollucis libro titulus Onomastici an Onomastici : posterius enim quosdam prætulisse MSStos indicium fecit Egregius noster Jungermannus ad libr. I. Segm. 2. nemo tamen, ut credo, hoc affirmaverit, si recte perspectam habeat magnam Onomastici & Onomastici distantiam, quam perspicue designavi : igitur Ὀνομαστικὸν præplacet, sic enim in Epistola nona noster Pollux, Ὀνομαστικὸν τι βιβλίον in Epistola vero prima Ὀνομαστικῶν legatur an Ὀνομαστικῶν, parum, me judice, refert : at tamen nec ego spreverim illam Codicum inscriptionem Ὀνομαστικῶν hoc enim exemplo superius Ὀνομαστικῶν produxi Orphei, seu ut Suidas, Ὀνομαστικῶν ἔπη momentum huic conjecturæ facit, quod Pollux singulos Onomastici libros particulatim & composuerit & ediderit : id ex eo abunde liquet, quod cuique literas volumini præfixerit, quibus operam suam Commodō dedicatam probaret ac commendaret. Præterea librum primum, & post hunc quosdam forte alios, cum Marcus Philosophus adhuc esset in viris, construxit : ne quæ superstiter dubitatio, advertite, quæso, hæc in Epistola prima : τῆς μὲν οὖν ἀρετῆς ἔχεις τὸ μάθημα ἐν τῷ πατρὶ, τῆς δὲ Φωνῆς, εἰ μὲν ἦγεν αὐτὸς σχολῆν, παρεῖχεν ἂν σοὶ τὸ ἡμῶν ἐλάχιστα δεῖσθαι· ἐπειδὴ δὲ ἐκείνων ἢ σωτηρία τῆς οἰουμένης ἀσχολεῖ, ἔγωγ' οὖν ἐν γε τί σοι πρὸς εὐγλωττίαν συμβαλοῦμαι sed in literis libro octavo præfixis jam tum se thronum Atheniensem fuisse nactum manifesto declarat, ad quem dignitatis gradum Commodus Cæsar, parente jam defuncto, Pollucem provexit : cum itaque singulatim Onomastici libros per-



fecerit Pollux, *singulo*, cum in lucem daret, Onomastici titulum præscripsit: postquam vero in unum omnes corpus sunt collecti, Ὀνομαστικῶν titulo debuerunt inscribi: sed in commutanda hujus libri inscriptione liberius aliquantum, quæ eorum est consuetudo, egisse librarii videntur; in qua re eos confudit cum similitudo Ὀνομαστικοῦ & Ὀνοματικοῦ, tum quod unam rem ab altera non distinguerent. Onomasticon vero Pollucis nonnullo apud eruditos fuisse numero hinc constat, quod ex omnibus viri scriptis ad nostram sola pervenerint ætatem, quam ob rem literis humanioribus non mediocriter gratulamur: sed post ipsa eorum initia, longa quadam oblivione videntur fuisse sepulta: non enim ex iis, qui proximi fuerunt temporibus Auctoris, temere quenquam reperies, qui Onomastici fecerit mentionem, aut illud ad testimonium advocaverit: quin vero, si Philostratum excipias, ipsum Pollucis nomen non credo a quoquam istius ætatis scriptore esse laudatum: sed decimo & undecimo præcipue post Christum sæculo revixit, & quasi revivuit Pollucis cum Onomastico suo nomen: post hoc enim temporis qui literis aliquid mandaverunt, non raro Pollucis hoc Onomasticon adhibuerunt. Suidas, præterquam quod breviter ejus vitam & scripta sit complexus, nonnulla videtur hinc inde excerptisse, de qua re monitum est aliquando in Notis. De Etymomologo vide, quæ notavi ad IX, 52. Luciani Scholiastes Auctorem nostrum non simpliciter e nominat. Sed plurima descripsit e Pollucis Onomastico, & in suum cum ipsis plerumque erroribus Lexicon transfudit Phavorinus Camers: nomen tamen Onomasticographi nostri perraro apposuit: quod si quis animo vacuo & ab aliis curis soluto Pollucem & Phavorinum inter sese comparare institueret, non exiguum laboris fructum me sponse reportabit. Præterea haud pauca non admodum antiquus Anthologiæ Scholiastes e Pollucis Onomastico desumpsit: sed hic ingenue, quod omnino laudandum, cui quæque referret accepta confessus est: hunc autem Commentatorem perdidiliger excussit noster Jungermannus, & si quæ ad Pollucem pertinerent suo singula loco congeffit. Thomas etiam Magister Pollucis adhibuit auctoritatem, sed in hoc solo tantum loco: Ναός ἐπὶ θεῶν, σημὸς ἐπὶ ἡρώων· οὕτω γὰρ καὶ Πολυδεύκης λέγει· in quibus cum Pollucis Onomasticon ante oculos habuisse non dubitabit, qui primum libri primi caput pellegerit. Tandem factam Pollucis reperi mentionem in vetusto Theocriti Commentario,

quem pleramque partem ineditum Bibliotheca Lugdunensis servat: ipse locus non est in promptu, quem alias erudito Lectori lubentissimus impertivissem. Non autem mediocriter ea res in admirationem me rapit, quod Eustathius perdidiligerens & curiosus scriptorum recentium lector nunquam Pollucis meminerit, neque etiam ita scripserit, ut videri queat e Pollucis Onomastico quicquam decerpisse: sed non est, quod illa res nos sollicitet aut impediatur. Laudibus autem non contemnendis nostri Pollucis Onomasticon effertur ab illo Jamborum Auctore, quos e Codice Bibliothecæ Parisinæ Lederlinus noster protraxit: librariis enim, quod paulum humaniores non fugit, non erat insolens, ut aut ipsi carmen aliquod pangerent, aut ab alio componi curarent, quod laudes contineret istius scriptoris, quem venum exponebant: nam illud ad hujus commendationem haud parum conferre videbatur: reperiuntur itaque non raro in veterum Codicum frontispiciis versiculi quidam ad ipsum Auctorem collaudandum facti: sed operæ mihi pretium videtur, hos jambos, propter singularem eorum pro ista ætate suavitatem & elegantiam, vitiiis, quibus omnis illorum obductus est nitor, expurgare, ut saltem a Lectoribus intelligi queant: præstantissimus enim Lederlinus noster fideliter hos exscribere fuit contentus, quomodo invenerat in MS. Legendum igitur in secundo versu: Τρέφεις καὶ ὀλιβίεις· quod facile mihi perspicaciores concedent: sed tertius vulnus alit multo altius sanatuque difficilium: rem ipsam non vane me tetigisse puto: Ἀνθρώπος ἐτύχησα τῆς πανσπερμίας· attamen illud λη in Codicibus superscriptum alio quoque mentem deduxit: aptissimum enim videtur ἀπέλευσα· postea felici conjectura Berglerus noster πολυκρόνους, cum antea scriberetur πολυκρόνους. In sequentibus autem, quis non videat reponendum ἀμοιβαῖην ad hanc nos vocant emendationem legitimi carminis pedes, qui perierunt in ἀμοιβῆν· denique versu ultimo εὐσέβειων. Ab istis autem vertendis abstinebo propter summam facilitatem, ne sibi factam queratur injuriam eruditus Lector. Eo devenimus, ut de Codicibus Onomastici MSSis quædam itidem in chartam sint conjicienda. Sciendum igitur operis hujus bene multos extare libros manu descriptos, non omnes tamen ejusdem probitatis & monetæ: perpauca sane funditus integri sunt & intacti: duplex autem inprimis calamitas eos afflixit & vitiauit: cum enim olim minoris pretii, ac quidem par erat, Pollucem fecisse videantur, ut supra nobis est adnotatum, exem-



plaria hujus Onomastici in situ jacuerunt, & non leve receperunt a vetustate detrimentum: sed postquam interjecto fati grandi temporis intervallo Pollucis eruditio & hujus Onomastici utilitas humaniorum animos ad se convertit, ex paucis iisque corruptis exemplaribus alia deteriora sunt descripta, eaque ratione mutili & temporis injuria exesi Codices infinitos in recentioribus errores pepererunt: ad quæ si accessisse tecum cogites nequissimam exscriptorum ignorantiam, jam quidem non adeo mirabere, tantis vitiis & erroribus deturpatum fuisse Pollucem: qui vero emendatiores supersunt Codices, vel naufragium illud librorum commune evaserunt, vel ad antiquum & purum exemplar sunt exarati. Veteris autem Codicis, qui penes Demetrium Chalcondylam fuerit, mentionem factam invenio apud P. Pantinum Notis ad Apostolium pag. 370. *Agnoscat & Julius Pollux τὴν οἴνην pro unionis γὰρ: ubi enim excusus habet libr. VIII. (VII.) Onomast. ἔστι δὲ καὶ οἴνη παρὰ τοῖς Ἰωσι μόνοις Codex Pollucis MSS. qui fuit aliquando Demetrii Chalcondyla, habet μόνος pro μόνοις. In eodem Codice verba illa excusi καὶ οἴνον καὶ οἴνην desunt, legiturque ἐκδύνην καὶ χηῆ, ὅν καὶ κῆον ἐκάλεον. ἔστι δὲ καὶ μόνος &c. Codicem illum esse Antwerpensem ex Kühnii præfatione constat: Demetrium enim Chalcondylam hunc librum possedisse ibi refert: sed illo tamen, quem dixi Pollucis loco, Kühnius istam, quod miror, lectionis varietatem ex Antwerpensi libro non adnotavit, quam Pantinus in medium produxit. Porro MStum Pollucis regium Heraldus Vir Doctissimus ad testimonium vocat Animadv. in Salmastii Observationes lib. II. c. 15. in quo scilicet defuerint hæ voces VIII, 31. ἀντὶ θυμάτων φαύλων ὄντων μετοχαί: quæ eadem abesse a Codice Antw. testatur Kühnius. Hic sine dubio Codex est Regiæ Bibliothecæ Parisiis, in qua reperiri quatuor MSStos Pollucis libros monuit amicus noster J. H. Lederlinus; ex quibus etiam non simplici contentus beneficio in posterioribus Onomastographi libris lectionum excerptas varietates publicavit: sed ut tutius iudicium ferri possit de pretio horum Codicum & bonitate, & ego meam hoc loco conferre symbolam destinavi: hoc ipsum tamen ut possim, acceptum refero Excellenti Viro Lud. Kuffero, cujus incredibilis humanitas a me satis digne deprædicari non potest: hic cum ante aliquot annos Parisiis ageret, animum inter alios labores utilissimos applicuit ad componendum Pollucis Onomasticum cum binis Parisinæ Bibliothecæ MSStis: post-*

quam vero ipsi innotuisset, splendidam Pollucis editionem Amstelædami comparari; ab incepto profusus destitit, inutilem hunc suum laborem & inanem futurum ratus, cum autem anno præterito hac Berolinum Vir præstantissimus transfiret, chartas suas mihi concessit exscribendas: ego vero religioni ducebam quicquam omnino Benevolam Lectorem celare, quod ad splendorem Pollucis & utilitatem prodesse videretur: schedas igitur illas, a quibus non contemnendus ad Pollucem redundaturus est fructus, humanitate non minus quam eruditione conspiciui Viri subjungo.

Lib. I.

Prior numerus paginam indicat, secundus versum editionis Seberiana: tertius vero Segmenta editionis nostræ: ita quidem 1, 20. 2. significat pagina prima versum 20. in editione Seberii; & Sectionem secundam editionis nostræ.

1, 20. 2. ἀσχολεῖ] mss. ἀπασχολεῖ. (Quæ profecto non contemnenda est lectio: verbum enim istius ætatis ἀπασχολεῖν, occupatum tenere, quod reperias in Luciano, Herodiano, Heliodoro, Glossis &c. alias & vulgata lectioni bene est, qua Menandrum imitatum esse videri poterat Noster. Vide Suidam in ἀσχολος.)

1, 23. 2. ὅσα τε συνάνημα, ὡς ὑπαλλάττει δύνασθαι] mss. α qui notatus numero 3510. ὅσα τε συνάνημα ὑπ. δύναται (nec probabilitate destituitur, neque etiam venustate quadam hæc scriptura, cujus talis est intellectus: & quacunque propter æqualitatem significationis arte in oratione possunt dicendi formam variare: ὑπαλλάττει concinne pro ὑπαλλάττεσθαι, quod vel in primis in his verbis tralaticium est.)

4, 31. 11. ἐθείς] mss. α συνθείς: in altero mss. sic ad marginem scriptum erat.

4, 32. 11. περιγράφασθαι τῷ ἀγάρματι] Dux profremæ voces desunt in mss. α. Eademque in mss. β. litura deletæ erant.

5, 3. 11. ἔργασίᾳ, ποιήσις] Desunt in mss. α.

6, 16. 16. κατακαχή] Desunt in mss. α.

6, 30. 18. λόγιον φήμη ἐκ θεοῦ] mss. α. φήμη, λόγιον ἐκ θεοῦ.

8, 8. 24. τρόπαιοι] mss. α. addit ἀποτρόπαιοι.

9, 1. 27. δεκάτην ἀποθύσαι] D. in mss. α. & mox pro δεκάτην ἀποθύσαι legitur δεκάτη ἀναθύσαι.

10, 19. 32. ἀγχι προσερχόμενοι] mss. α. ἀγ. προσερχόμενοι.

10, 43. 34. πρῶτον τῶν μερίδων] mss. α. τὴν πρῶτην τῶν μερίδων.

11, 22. 36. καταπεφημισμένοι] mss. α. καταπεφώτισμένοι.

11, 29. 37. μουσαῖα] mss. α. μουσαῖα.

11, 29. 37. ἔρμαῖα] mss. α. ἔρμαῖα.

11, 35. 37. ἀσκληπιεῖα] mss. Ἀσκληπιεῖα.

12, 10. 38. ὄρκωμοτεῖν, ὄρκωμοσία] mss. α. ὄρκωμοτεῖν, ὄρκωμοσία.

13, 41. 44. ἀνεξίτηλος] Hæc vox d. in mss. α. Loco ejus autem legitur ἀνεκρυπτος, quæ vox in aliis etiam mss. occurrit.

14, 3. 44. ἀνείται βαφής.] mss. α. ἀνείναι τὴν βαφίν.

14, 12. 45. συνεισίσταν.] mss. α. συνεισίσταν.

14, 19. 46. αὐτὴ θασαμῆν τὰ χεῖλη &c.] In mss. α. sic legitur: ἦσθη θασαμῆνος τὰ χεῖλη τοῦ κύνος α. β. ἰδοῦσα δὲ ἡ κόρη, οὐκ ἔφη προσήσθαι τοῦ λοιποῦ &c.

14, 22. 46. ἰσοδοστέρων] mss. α. ἰσοδοστέρων.

14, 36. 48. ἀνέχειν] mss. α. ἀνέδην (f. ἀναδύειν.)

14, 36. 48. ἦκειν] mss. α. εἰκειν.

(f)



14, 42. 48. διαλιπόντες δὲ νύκτα, καὶ διεφμερευ-
σαντες] m. a. δ. δὲ νύκτα μίας, καὶ ἐφμερευσαντες.
14, 45. 49. ταριχεύσαντες τε ἐπὶ δευσοποιῶν ὕδατι
τῆν ἀσπὴν ἐκαθάρσαντες &c.] m. a. ταριχεύσαντες φυ-
λάττουσιν' ὅταν δὲ ἐπὶ δευσοποιῶν ἐκείνη χρῆσθαι ἐβέλ-
σιν, ὕδατι τὸν ῥύπον ἀποκαθάρσαντες.
15, 17. 50. ἀπειροβίοι] D. in m. a.
15, 27. 51. πολυστία, εὐπραγία γῆς, καὶ εὐπορία
λόγου ἀξιώτατης οὐσης τοῦ σίτου τῆς ἀγορᾶς.] m. a.
πολυστία, εὐπορία γῆς, καὶ λόγου ἀξιώτατης οὐσης
ταῦ σ. τ. ἀγ. τῶν πυρῶν σ.
16, 22. 54. ἡμέτεροι] m. a. ἡμεῖς.
16, 23. 54. καὶ ἡμεῖς χρόνον &c.] In m. a. sic
legitur: καὶ ἡμεῖς χρόνος καὶ διότης τε, καὶ τριετής
δε καὶ μέχρι δεκάτου· ἐπὶ μὲν χρόνου προπαροξυζούτων
ἐπὶ δὲ π. καὶ φ. καὶ οἶνου καὶ τ. ὀξυνούτων· αἷς ἐπὶ
τοῦ διότης μέχρι τοῦ δεκάτου.
16, 42. 56. ἐλάττονος ἀριθμοῦ καὶ τετρακοντούτης.]
m. a. ἐλάττονος ἀριθμοῦ μέχρι τῶν τεσσαράκοντα καὶ
τεσσαρακοντούτης.
17, 17. 58. τετταρα καὶ δέκα ἔτη] m. a. τετταρα-
καδεκάτη.
17, 20. 58. τὸ φυγεῖν ἔτος] m. a. φυγεῖν εἰς ἔ-
τος.
17, 42. 60. ὑπολήγοντος] Deest in m. a.
18, 22. 63. ἄχρι τῆς α. δεκάδος] m. a. recte: ἄρ-
χῆ τῆς & μὲν in m. a. legitur: μετὰ δὲ τὴν δέκα-
την Ἡσίοδος μοχ πικτῆ δ' ἡ μείση φησὶ τὴν πικτικαδε-
κάτην λέγειν.
18, 26. 63. ἡ δ' αὐτὴ καὶ θ φθίνοντος] m. a. ἡ δ'
αὐτὴ καὶ δεκάτη φθίνοντος. Et statim post verba illa,
θ γὰρ λοιπὰ ἀπὸ τῆς α. defunt in m. a. unde suspi-
cor esse Glossema.
19, 10. 66. ἐπὶ δὲ ταῦ παρούσης ἡμέρας] m. a. ἐπὶ
δὲ τῆς παρ.
20, 8. 70. περὶ πρώτης φυλακῆς] m. a. περὶ πρώ-
της φυλακῆς.
20, 14. 71. ὑπὸ τὸν ῥῶδον ἔρριθα] m. a. ὑπὸ τὸν
ῥῶδον ἔρριθα.
21, 2. 75. ὡς περ ἐνοίκιον· ὃ οὐ παρὰ τ. π. μ. &c.]
m. a. ὡς περ ἐνοίκιον οὐ παρὰ τ. π.
21, 36. 78. περιστόου] m. a. περιστων.
21, 37. 78. τὸ πλευρὸν] m. a. τὸ ταμῆον καλεῖται.
21, 39. 78. τέτραπται] m. a. τέτραπται.
21, 40. 78. καὶ δαματίων καὶ κοιτῶν] m. a. καὶ
δαματίων καὶ ξενῶν, ὃ παρὰ τοῖς νεωτέροις νοσοκομείων
καλεῖται, καὶ κοιτῶν.
22, 2. 79. ἀλλ' Ἀριστοφάνης] m. a. addit ὃ καμψ-
ιδιάσκαλος.
22, 11. 80. θαλασιουργός] m. a. θαλασιουργικός.
22, 19. 80. ὄρος] Deest in m. a.
22, 23. 81. τὰ ἐπιπέδου τοῦ ὄρου τῆς] m. a.
ὑπεράνω τοῦ ὄρου τῆς, ὃ ποιητικῶς τῆς λέγεται.
22, 30. 81. γεισιπέδας] m. a. γείσα.
23, 4. 82. κυδαλοὶ] Deest in m. a.
23, 8. 82. πλοῖον, μοροξυλον] m. a. πλοῖον μονόξυ-
λον absque interfectione.
23, 13. 83. στρατηγία] m. a. στρατηγίς.
23, 15. 83. φορτικὸν] m. a. φορτηγόν.
23, 16. 83. λύβια] m. a. λύκια.
23, 30. 84. πιττάνια] m. a. πιττάνια.
23, 30. 84. κάλοι, κηρός.] m. a. κάλοι· κάλωες τὰ
αὐτὰ καὶ καλωδία κηρός.
23, 37. 85. τρόποι] m. a. τρόπη.
23, 38. 85. φάλλης ἀφ' οὗ ἡ δευτέρα τρόπις] m. a.
φάλλης, ἀφ' οὗ ὁ δεύτερος τρόπος.
23, 39. 85. χαλκῆνης] m. a. χαλκῆνη.
23, 4. 90. τὸ μείον δὲ τῆς πρῆμης ἀσάνδιον· οὗ τὸ
ἔτος ἐνθίμιον] m. a. τῆς πρῆμης σαάνδιον, οὗ τὸ ἐν-
θός, ἀνθίμιον.
25, 5. 90. ἐπισίον] m. a. ἐπίσιον.
25, 7. 90. σπηλίδα] m. a. στυλίδα.
25, 12. 91. τὸν ἰσθμὸν, ληνάς] m. a. τὸν ἰσθμὸν
καλεῖται.
25, 16. 91. οὗ καὶ αὐτοῦ τὸν ἐπισίοντα ἀπαρτῶσι]

m. a. οὗ καὶ αὐτὰ ἐπισίοντα ἀπαρτ. modo pro κηρῆ-
σιον m. a. κηρῆσιον.
25, 19. 91. λοιπάδος] m. a. λόγματος.
25, 40. 93. κέρια] m. a. κίρας.
26, 1. 93. κάλωνες] m. a. κάλοι.
26, 2. 93. ἀπόγεια] m. a. ἀπόγεια.
26, 10. 94. κίρκοι τὸ γὰρ κίρκοι ποιητικὸν] m. a. κίρ-
κοι, τὸ γὰρ ὀρκοι ποιητικόν.
26, 12. 94. θρανίον] m. a. θρανία.
26, 21. 95. αὐτιρίτης] m. a. αὐτιρίτης.
26, 24. 95. οὐς καὶ πλωτῆρας καλεῖ, τοὺς γὰρ ναυατ.
&c.] m. a. τοῦτους δ' ἂν καὶ πλωτῆρας καλεῖν· τὸ γὰρ
ναυάτας ὄνομ.
26, 26. 95. καὶ ἐμπλόουτος] m. a. addit: μέλισσα
δὲ ἐπιβάτας.
26, 38. 96. πυριδύτης] m. a. πυριδύτης. Sed lectio vul-
gata praeferenda, quoniam paulo post sequitur πυριυτι-
κη conficiente m. a.
27, 1. 96. δυκτιός, δυκτιουλκός] m. a. δικτυός, δικ-
τουλκός.
27, 5. 97. ἀγχιδυτὰ δυκτια] m. a. ἀκιδυτὰ δίκτυα.
27, 18. 98. ἐπὶ τοῦ πρῶτου &c.] m. a. ἐπὶ τοῦ
πρῶτου· καλεῖται δὲ τῆς αὐτῶν ναυτιλίας βραχίαι,
καὶ ναυτιλίας μακρῆ· καλεῖσθαι ὃ κυβερνήτης, ὃ ἐπὶ τῶν
οἰκῶν καθ. ὃ τ. ν. ἄγ.
27, 24. 98. καὶ τῆς νῆος ὑποκυβερῶν &c.] Verba
illa, usque ad μακρὰ defunt in m. a.
28, 29. 102. ἴσθι δὲ τῆς καὶ χήλη λήματος &c.] m. a.
ἴσθι δὲ χεῖλη λίμ. καὶ στ. καὶ μυχός.
28, 31. 103. Περὶ ἰζουρίας πλοῦ.] Scribendum est
περὶ τοῦ ἔξω πλοῦ, ut in m. a. postea enim de secunda
navigatione demum agitur. Et sic v. 33. ὃ ἐξ οὐρίας
πλ. corrige ὃ ἔξω πλ.
28, 37. 103. μετρωοὶ ἐμπλόουσι τὸ αὐτὸ τὸ π.] m. a.
μ. ἐπλόουσι τὸ αὐτὸ τὸ π.
29, 6. 103. καταβαρίαι] m. a. καταβαρίαι.
29, 15. 104. ἐν τοῖς νεομαίσι, ἐν τοῖς νεομαίσι.]
m. a. νεομαίσι & νεομαίσι.
29, 30. 106. κατὰ πρῶτον τοῦ πνεύματος ἰσθηκό-
τος, κατὰ τῶν οἰκῶν ῥίοντος· πλήρη τῶ ἰσθμῶ] m. a. τοῦ
πνεύματος ἰσθηκότος κατὰ τῶν οἰκῶν· πῆλοντος πλήρη
τῶ ἰσθμῶ· ὑπ. τῆ δὲ ἰσθμῶν ἀνέμου κρημαίνω δὲ αὐδίας.
29, 45. 107. πλήρη τῶ ἰσθμῶ, κοίλη τῶ ἰσθμῶ] Ver-
ba illa defunt in m. a. Et sane videntur hic alieno lo-
co posita.
30, 16. 109. εὐκύμαινεν] m. a. ἐκύμαινεν.
31, 18. 113. Περὶ αἴρος καταστήματος] m. a. περὶ αἴ-
ρος καταστήματος.
32, 28. 116. οὐκ ἐπὶ αἰακόντων τὰς κώπας] m. a.
οὐκ ἐπὶ αἰακόντων τὰς κώπας.
32, 37. 117. ἀντίλυκος] m. a. ἀντίλυκος.
34, 1. 123. τῶ δὲ θάττοι ποιῶσιν τούτο τὸ ἄλλο
&c.] m. a. τῶ δὲ θαλαττοποιῶσιν τούτο τὸ ἄλλο.
34, 7. 123. ἐξομαίν τὴν ν.] m. a. ἐξομαίν.
34, 21. 125. εἰς ἐμβολὴν ὑπ.] m. a. εἰς συμβολὴν ὑπ.
36, 9. 131. * ἀνίπτοι] m. a. ἀνίπτοι.
36, 14. 131. ὅπως ὁδοῦ τε μακροτέρως κατανοῖεν]
m. a. ὅπως ὁδοῦ τε μακρὰς κατ.
36, 22. 132. ἀπόμαχοι] m. a. ἀμαχοι.
36, 31. 133. βλήτα] Deest in m. a. qui modo ἀγ-
χίμαχα pro Seberi ἐγχιμα.
37, 25. 137 ξυῖον] m. a. στήλην.
37, 32. 137. ὄγκισ] m. a. ὄγκοι.
37, 33. 137. αἱ πρὸς τῆ ἀκμῆ προσβολαί] m. a. αἱ
πρὸ τῆς ἀκμῆς προσβολαί.
38, 21. 140. παρακημαίσι] m. a. περικημαίσι.
38, 29. 141. παραστυροι] m. a. παραστυροι.
38, 41. 142. τάρβιον] m. a. πικριον & v. sequ. πικ-
ριον· & τῆς κατὰ τ. &c.
39, 6. 143. κατὰ τὸν τόπον] m. a. ὑπὸ τὸν τόπον.
39, 11. 143. κολλορόβοι] m. a. κολλορόβοι.
39, 12. 144. αἱ συμπίπτουσι] m. a. οὐ ἐμπίπτουσι.
39, 16. 144. ὑποκίμαιον] m. a. ὑποκίμαιον.
39, 29. 145. παραξόνιος] m. a. παραξόνιος & ἀξόνιος
semper per a.



39, 34. 146. *ύρακι*] *mf.* *θυρακι*.
 39, 36. 146. *ἀκροβύμιον &c.*] *mf.* *ἀκροβύμιον ὕ-
 πιρθον δι' ἐκδίδεται τὸ ζυγόν· τὰ δὲ συνάπτοντα αὐτὸ
 δισμά, ζυγοδομα καλεῖται· ὁ δὲ πάτταλος ὁ διδόμενος
 ἐκ τοῦ ζυγοῦ ἐπὶ τ. ρ.*

39, 43. 146. *ἀκροχρηστικοί*] *mf.* *ἀκροχρηστικοί*,
 40, 30. 149. *Ἀττικουργίς*] *mf.* *Ἀττικουργίς*.

40, 44. 150. *ἀσπιστοί*] *Deest* in *mf.*

41, 26. 153. *ἦδιον πρὸς τὴν ἀκοήν*] *mf.* *λίον πρὸς
 τ. ἀκ.*

42, 17. 156. *ἐμπειροπόλεμοι γὰρ ἐπαχθεῖς*] *mf.* *πο-
 λεμικοὶ ἐμπειροπόλεμοι ἐπολεμισταὶ ἐπαχθεῖς· πολί-
 μων δὲ στρατιώτας χειροτέχνως στρατιώτας εἰρηκῆ Θου-
 κυδίδης.*

43, 34. 162. *ἱερεῖα ἐθύσαντο· ἐσφαγίσαντο, ἐσφα-
 γίσαντο· καὶ αἰτία τὰ ἱερεῖα ἢ δέξια καὶ καλὰ.*] *mf.*
*ἱερεῖα ἐθύσαντο, ἐσφαγίσαντο· αἰτία ἱερεῖα, καλὰ,
 δέξια.*

44, 1. 163. *ἐπαίανισαν τὸ ἐνυάλιον ἠλάλαξαν*] *mf.*
ἐπαίανισαν τὸ ἐνυάλιον ἠλάλαξαν.

44, 4. 164. *ἐκ τὸξου ῥιγματος ἢ ἢ μαχῆ*] *mf.* *ἐκ
 τὸξου ῥιγματος &c.*

44, 9. 164. *ἐν ἴπποις*] *Omittit* *voculam* in *mf.*

44, 26. 166. *παρασπᾶσαι*] *mf.* *διωσπᾶσαι.*

44, 29. 166. *ζωγρησαι, αἰχμαλωτισαὶ &c.*] *mf.*
*ζωγρησαι, καταβαλεῖν, αἰχμαλωτισαὶ, αἰδραποδισαὶ,
 τραυματίας ποιῆσαι.*

44, 32. 166. *ἰφ' ἐαυτοῦ ποιῆσασθαι*] *mf.* *recte ὑφ'
 ἐαυτοῦ ποιῆσαι.*

44, 39. 167. *προσῆγαγον μηχανὰς, μηχανὰς προσῆ-
 ῤῃξαν, καθέιλκυσαν, κατίσεισαν τι τοῦ τειχους*] *mf.*
προσῆγαγον μηχαναῖς· προσῆῤῃξαν, κατίσεισαν τι.

44, 43. 167. *πυρ ἀπειπῆ-
 τισαν.*

44, 48. 168. *χίρμας ἀτέιναι*] *Addit* *mf.* *ἀτέκλιαν.*
 45, 1. 168. *ἐτέκλιαν*] *Deest* in *mf.*

45, 5. 169. *οἱ δὲ πολιορκούντες λέγοντ' αὐ &c.*] *mf.*
οἱ δὲ πολιορκούντες εἶλον· κατὰ πρῶτος εἶλον.

45, 9. 169. *ἐπὶ κρημάτων φορᾶ*] *mf.* *ἐπὶ κρημάτων
 φόρους.*

46, 23. 175. *τὰς σφειδῶνας πληρῶσασθαι, ἀγκυλί-
 σασθαι*] *mf.* *τὰς σφ. πλ. τὰς σφειδ. στρέψαι· τὰς σφει-
 δῶνας ἐνωκαλίσασθαι, τὰ ἀκόντια ἀκοντίσαι· διακοντί-
 σασθαι.*

48, 9. 182. *τοὺς δευτεροβάλους ἐκάλεσιν· εἴτα, τέ-
 λειοι ἴπποι, γενηρμῶντες, ἀγνώμοιες &c.*] *mf.* *τοὺς δευ-
 τεροβάλους ὀνομαζόμενους ἐκάλεσε τελειούς· οἱ δὲ γενηρα-
 κότες, ἀγνώμοιες &c.*

48, 21. 183. *τὴν κόμην*] *mf.* *τὴν κόμην.*

63, 35. 247. *ἀσπαραγγίς μέντοι ὁ ἀκανθῶς λέγεται·
 ὄρμητος δὲ ὁ ἡμερος*] *mf.* *ἀσπαραγγίς ὁ ἀκανθῶς· ὄρμητος
 δὲ ὁ ἡμερος.*

Lib. II.

69, 24. 8. *τὸ δὲ πτόγιλον &c.*] *mf.* *τὸ δὲ πτόγιλον Ἰ-
 σάσιος μὲν εἶρηκον ἐν τῷ κατ' Ἀριστομαχῶν· ἔμοι δ' οὐκ ἀ-
 ῤῃσκει· ἀμεινον δ' &c.*

72, 2. 16. *παραβαῶν*] *Deest* in *mf.*

72, 15. 17. *ἀμφήλικας*] *mf.* *ἀφήλικας & sic p. p.*

72, 28. 18. *οἰνοκάχη, κοχῶνη*] *mf.* *οἰνομάχη,
 κοχλῶνη.*

91, 6. 90. *διμηλαῖν*] *mf.* *διμυλλαῖν.*

91, 7. 90. *μύλα*] *mf.* *μύλλα.*

92, 10. 94. *εἰ δὲ δεῖ τι καὶ παραμῆξαι τῷ γλυκεῖ τῆς
 ἱστορίας*] *mf.* *melius: εἰ δὲ δεῖ τι παραμῆξαι καὶ τῆς
 γλυκείας ἱστορίας.*

92, 23. 95. *τοῦ κυπρίων πατῆρ*] *mf.* *τοῦ Κυπρίου
 πατῆρ.*

107, 16. 158. *εἰ δὲ συγκαμψίαις &c.*] *mf.* *εἰ συγ-
 κάμψιαις τ. δ. ἀπ' ἀγκ. ἐπ' αὐτοῦς, πύγμα τὸ μίτρον.*

107, 38. 160. *τὸ * δ' ἀξίωμα*] *mf.* *τὸ δεξίωμα.*

114, 3. 184. *διωτράμην*] *mf.* *διαστράμην.*

Lib. III.

158, 32. III. *ἀγυρμῶς*] *mf.* *ἀγυρμῶς.*

Lib. VII.

330, 43. 24. *οἶνον*] *mf.* *ὄνον.* *Ob* *hanc* *mf.* *lectio-*

nem summo opere gaudeo, quod scilicet opportune fi-
dem conciliet conjecturæ nostræ, quæ tamen ipsa dû-
dum in mentem venerat Politissimo Jungermanno. Re-
præsentavi vero editionis Seberianæ scripturas, quod
cum ea Celeber. Kusterus hos composuerat Codices.
Docti autem Lectoris de his variationibus iudicium non
præcipiam: de me tamen, vel ob id solummodo, ne
alia commemorem, quod historiam de Tyria purpu-
ra pereleganter a Nostro conscriptam I, 45. egregiis
augeant supplementis, in lucem produci dignissi-
mas existimavi.

Silentio præterire Falckenburgii, quem
 vocamus, Codicem seu Excerpta fas non
 est, cum propter eximiam eorum bonitatem,
 tum propter ea, quæ sæpius in Notis de
 istis Excerptis prædicavi: hæc autem ita
 sunt comparata, ut sola sint indicio plurima
 Polluci deesse, & integros veterum Aucto-
 rum locos desiderari, quos scelerata vetu-
 stas deripuit: in his certe non pauca pro-
 stant, quæ, etsi genuine Polluce certissi-
 mis argumentis sit exploratum, in nullo ta-
 men aliorum Codicum inveniantur: a Sal-
 manticensi Schotti, cujus itidem Excer-
 ptis peregregiis usus est Jungermannus, non
 multum differre est ubi in notis me dixi
 opinatum: huic profecto conjecturæ meæ
 fidem facit vicinitas lectionum, quæ in u-
 trisque Excerptis observatur: forte vero di-
 ligens Lector non sine ratione miretur,
 quid fuerit causæ, cur illa Excerpta sæpius
 in meis adnotationibus a Falckenburgio abju-
 dicaverim: libere dicam, quod sentio: mi-
 hi quidem videbatur prorsus inconueniens
 hæc manus & Falckenburgii scriptura, quam
 & sæpissime vidi, & pulcherrime me nos-
 se existimabam, ut etiam facillimo nego-
 tio ab alia cujuscunque manu distinguerem:
 permotus igitur oculorum meorum testimo-
 nio, quod apud me quidem nonnullum ob-
 tinet locum, illam opinionem meam pro-
 posui: sed, cum & maximus Grævius, &
 Lederlinus meus in contrarias abeant par-
 tes, non ita meæ sententiæ sum tenax, ut
 eam tanquam certissimam defendere animum
 inducam: ea enim infultitas esset plenis ca-
 chinnis deridenda, si quis altercari institue-
 ret de Excerptorum Auctore; dummodo
 de præstantia & utilitate sit testatissimum,
 non est quod illum tantopere quæramus.
 Effet vero quam maxime optandum, ut se-
 cunda quadam fortuna hic Codex in no-
 stras, aut cujuscvis cruditi, qui rei literariæ
 commodis studerēt, incideret manus; equi-
 dem non dubito, quin magna cum Pollu-
 cis utilitate luculentioribus etiam antiquæ
 fidei & probitatis indicis perfrueremur. De
 ceteris autem MSSis nihil a me quidem di-
 cendum restat, cum cum laborem occupa-
 rint, qui ante nos curando Polluci præfue-
 runt. Quantopere vero ab ipsis eruditionis
 (f 2)



renatae initiis, cum primum in publicam productus est lucem, doctis viris Pollux placuerit, neminem latere arbitror, nisi si quis in Musica ditione prorsus sit hospes; quum enim infinitis erroribus & vitiis esset deformatus, medicam opem afferre quilibet conatus est, illi etiam, a quibus nihil erat subsidii magnopere sperandum: adeo quiquis quoddam ingenii sui monumentum in hoc Auctore nostro voluit extare: id autem, si forte rei illius ad me iudicium deferatur, summo jure factum existimo: quis enim tot in antiquitate res difficiles & intricatas enodat, quarum apud alios scriptores nullum superest vestigium? quis tam luculentas doctrinae veteris & prioris istius elegantiae reliquias servavit? cum quo beneficio nihil est in tanta bonorum Auctorum iactura comparandum. Sed ego neminem in hanc vitam venisse fidere tam felici puto, qui ab omni hominum vituperio sic immunis: quanquam enim quis summis abundet virtutibus, invenit livor, quod arrodit: communem hanc omnium sortem aetate etiam nostra Pollux est expertus: incurrit enim gravem quorundam reprehensionem; quam tamen ipsam quoque a Polluce meo defendam: ne vero quis putet, nos esse tam ineptos & insulos antiquitatis admiratores ac tutores, ut quodcunque ab ea transmissum est apertis ulnis excipiamus: pulcherrime cognovi, suos naevos probatissimis etiam scriptoribus adspersos: id tamen illi veteres eruditionis nostrae auctores suo quodam jure sibi postulant, ut quid temere & calente iudicio de se ne statuatur: aequum igitur est, ut hoc ipsis tanquam educationis praemium retribuamus, & solidum ab inani iudicio defaetato fecernamus: sed ire juvat in rem praesentem, operaque pretium est attendere, quid criminis Polluci objiciatur. Oberto Giphano Commentar. in lib. VIII. Ethicor. Arist. c. 9. si fides habetur *Pollux saepe veteres scriptores reprehendit inepte Platonem, Aristotelem &c. in lingua; cum nemo unquam politius aut elegantius lingua Graeca, quam Aristoteles & Plato usus.* Forte Viri hujus non indocti satis acerbam neglexeremus censuram, nisi succenturiatus huic accusationi pondus faceret Vir & iudicio & excellenti doctrina praesignis *Joach. Camerarius* in sua de Xenophonte Commentatione: *Non putavi autem, inquit, silentio praetereundum, quod perquam audacter iudicium factum esse a Polluce barbaricae originis homine: hic enim non dubitavit, quasdam esse apud hunc Auctorem λέξεις φορτικὰς, quasi dicamus injucundas aut molestas, de quo ipsum profecto pronuntiare nequaquam decuit, neque*

nos verum esse credere debemus. Quod autem notarum eruditi quidam in Xenophonte quasi poetica quaedam vocabula, ea omnino Attica esse statuendum est, τῆς ἀρχαίας μάλις Ἀτθίδος, quae nequaquam putaret ille obliteranda aut pariendum esse, ut non usu illa obsolescerent: Videnne vero, quam indigna cum originis exprobratione haec in Pollucem Camerarius effuderit? sed, qua pote, suppetias eundem est: negari quidem a nobis non potest, haud pauca vel in optimis & purissimis sermonis Graeci scriptoribus a Polluce nostro esse reprobata: sed hoc si crimen est, crimen illud Polluci cum pluribus erit commune: quis enim in iis Grammaticis, qui accuratum linguae Graecae atque elegantem usum exponere sunt aggressi, non quaedam aliquando in antiquissimis etiam Auctoris virgula censoria notavit: non aliud sane Criticae potius habebatur officium: ipsum Dionysium Halicarnassensem, quem nemo dixerit indoctum, aut Criticae eruditionis expertem ante oculos ut tibi ponas, velim: nonne principes inter Graecos oratores haud uno in loco severe castigavit? qui Longini politissimum opus perlustravit, idem illum fecisse sciet: quin etiam Lucianus in dijudicanda vocum puritate nonnulla improbat, quibus alibi ipse uti non detrectabat, quod saepius egregie docuit magnum semper Bataviae lumen J. G. Graevius ad Solocistam: Galenus, qui non minus Critica, quam artis Medicae laude floruit, nonnunquam in Hippocrate at quam nitido & exquisito scriptore nimiam verborum obscuritatem & nequitiam notavit: quod si quis Phrynichi & Thomae Magistri priores modo inspexerit pagellas, gnaviter illos hoc Grammaticorum munus obiisse confitebitur: neque Graeciae tantummodo limitibus haec iudicandi scientia fuit conclusa: pari enim apud Romanos ratione in Cicerone, Virgilio aliisque bene multis, quorum vel nomina venerationem audientibus insinuant, quaedam damnasae nec sine omni ratione Grammaticos emunctioris nasi referunt Gellius, Macrobius Servius, & qui non in hoc studio nobiles: scilicet hoc habet procaz illud & protervum Grammaticorum genus, ut de praecipuis etiam scriptoribus eorumque loquendi formulis sedere iudices animum inducant. *Sed tamen amoto quaramus seria ludo: Viris illis praestantissimis, quod eorum pace dixisse liceat, non satis haec Grammaticorum agendi ratio videtur fuisse perspecta, quam ideo paucis, ne quis imprudens horum auctoritate commoveatur, declarare constitui. Nihil est, quod omnem perfectionis numerum impleat: nec quif-*



quam forte tam accurate politeque scripsit, ut nihil in melius possit mutari: impetum animi cogitandique vires calamus necessaria quadam morigeratione sequitur: illo primo scribendi calore multa proceduntur, quæ etsi forte nitidius dici possent, placere tamen plerumque consueverunt propter exactam cum rebus convenientiam: hinc in naturali orationis splendore, qui tanquam illabitur in hominum mentes, omnia sunt clara & in multa luce constituta: contra in quæsitis & affectatis ornamentis, non pauca tenebris obtecta. Præterea scribendi modus, etsi ad commune quoddam exemplar sit conformandus, cuiusvis tamen hominis ingenio & naturæ obtemperare amat: quo fit, ut quiddam in omnibus Auctoribus inconueniens reperitur: addendum est, homines eruditiores allevare sese supra popularis loquelæ fordes, & in animo suo describere quandam styli formam, cui maxime, si quid literis mandent, indulgere velint: jam vero vulgarem sermonis formularumque loquendi usum hi largius sequuntur & liberius, illi cautius & cum quadam prudentia, neutri jure merito sunt culpandi, si quidem utrique propositum assequantur: hinc in ipso Demosthene popularia quædam, in Xenophonte paulo plura, plurima vero in Aristotele reperiuntur; quæ tantum abest, ut in illis ipsis auctoribus damnem, aut pro nævis habenda putem, ut potius ea summo opere collaudanda censeam: nam illi studio ac judiciose a nimium popularibus loquendi formulis & dictionibus abstinerunt, hic ut in ipsa philosophia sic & in scribendi ratione communem usum sectatus est, in quam rem quædam a me dicta sunt ad libr. Pollucis X, 48. Cum autem status alicujus linguæ & natus color lapsu temporis desloruit, res omnis imitatione constat, in qua qui poterit ad veterum vigorem proximus accedere, palmam omnium iudicio reportabit: si quis igitur ab eorum ætate & ingenio longius remotus iisdem non simili iudicio & accuratione utatur, communi suffragio reprobabitur: non igitur inconsiderate Grammatici fecerunt, quod linguæ Græcæ quasi terminos quosdam præstituerint, easque solas voces, quæ communi veterum scriptorum usu frequentabantur, in probarum censum admiserint: plura enim erant vocabula, quæ uni tantum aut alteri forte Auctori vitam debebant: hinc Galenus in Præfatione ad Gloss. Hippocr. mentionem facit *ὀνομάτων γινομένων πρὸς τινὸς τῶν παλαιῶν μὴ παραδεχθέντων δὲ ὅλως εἰς τὴν συνθήκην* plures itidem loquendi formulæ rariores quidem, sed elegantior non

exsortes: non autem id eo animo factum est a Grammaticis, ut usus earum vocum loquendique modorum funditus aboleretur; sed quia facilius quis iis abuti poterat quam uti: putante vero aliam esse causam, cur Lucianus usitaverit eorum non pauca, quæ a libi diserte damnaverat? rem pro loco satis explanatam arbitror, quanquam latius pertractari posset, si singula exemplis antiquorum & auctoritate confirmarentur. Vellem autem de Xenophonte Pollucem parcius Camerarium fuisse criminatum, qui ipso observante Camerario, non tam verborum exquisitæ & sophisticæ orationis in morem compositæ texturæ, quam rerum ponderibus operam se daturum professus est: non eo tamen hæc a me dici quisquam credat, ut Xenophonti detraham, quem Atticam apem propter nativum scribendi decus olim appellarunt, quique sua dulcedine me mirum in modum oblectat, sed ut Polluci patrocinarer. Tantum de Polluce, cujus a me manibus satisfactum iudico, qui ipsum pro virili parte contra falsas & maledicas obtrictorum injurias vindicavi: forsitan unus & alter hoc amori tribuat, quo me ferri in hunc Auctorem par & æquum est, quem enutrivi & ad maturitatem perduxi, & in quo tyrocinia meæ qualiscunque doctrinæ deposui non sine secundo hominum eruditorum favore: sed cum rogo, ut æquo iudicii examine hæc mea ponderare ne dedignentur: re ipsa comperiet, uti spero, me non tantum ingenio aut amori serviisse, quantum veritati. Eo me jam pervenisse sentio, ut operæ meæ & industriæ, quam Polluci præstiti, ratio sit reddenda; quod hoc alacriori animo sum facturus, quo majori diligentia me in hoc opere versatum esse mihi sum conscius. Id mihi primum negotii datum credidi, ut contextum, quem vocant, Pollucis omni modo expolirem, & ab istis mendis, quibus erat deturpatissimus, perpurgarem: adhibui vero diligenter editionem Onomasticographi Basileensem, ad cujus marginem adscripserat Eruditissimus Kühnius, quæ ex MSSis in ipsum Pollucem restituenda iudicavit: & nonnulli sane nobis utilitati fuit hic viri Doctissimi labor: sed postea quam tamen aliquantum temporis & curæ in Polluce contriveram; explorare cepi non paulo plura & meliora in Onomasticographo posse refici, si operam potius MSSorum usurparem, quam emendatam Kühnii marginem: hanc igitur priorem Pollucis emaculandi normam missam feci; & solos postmodum MSSos respexi: his enim animum advertēbam nullos reperiri posse fideliores in hoc itinere permolesto duces:



In editionem Francofurtanam 1608.

WOLFGANGI SEBERI PRÆFATIO LECTORI S.



Nomasticon Julii Pollucii ter, quod sciam, hætenus excusum fuit: primo quidem anno 1501. mense Aprilis apud Aldum Manutium: secundo Florentiæ anno 1520. mense Novembri: tertio denique Basileæ anno 1536. mense Martio. Quartam editionem meo adornandam studio non diu admodum est, cum ne per somnium quidem cogitabam. Et qui cogitarem, Pollucis non tantum a me nunquam vel pagella inspecta; sed videndi quoque in posterum nulla prope spe affulgente; adeo Bibliopolia, quorumcunque fores eo nomine pulsabam, exemplaribus ejus exhausta erant. Obtingentibus autem postea non modo diversis exemplaribus & interpretatione, sed manu etiam exaratis codicibus, ad moliendam quidem novam editionem animum adjuungebam, sed ea moliendam ratione, quæ nec cum magna conjuncta difficultate, nec multum temporis requisitura vel judicii videbatur. Satis enim fore putabam si primo interpretationem Gualtherianam cum textu Græco curarem conjungi: deinde in margine, vel certe ad finem singulorum capitum, quantum ab editis MSS. codd. discreparent, ascriberem: ac demum indices Basileensis editionis saltem mutatis numeris ad novam editionem accommodarem: alliciente interim animumque mihi addente spe fructus, qui & ad me, si manu illum librum strenuiore versarem, & ad quosvis alios φιλέλληνας, si legendi ejus copia ipsis fieret, redundaturus esset. Verum usveniebat mihi, quod iis nonnunquam, qui nova sibi ædificia parant. Sicut enim hi temporis operisque progressu non raro sumtus longe majores infumere coguntur, quam antea putarant: sic ipse mihi eo plus laboris deprehendebam suscipiendum, quo longius tam textus Græci exemplaria, quam versionem & indices inspicerem: modo qualemqualem a viris doctis gratiam inire vellem. Textus enim Græcus vere, quod Paulus Leopardus lib. II. Emend. eap. 8. scribit, *indignis deformatus mendis* apparebat: tribus interea diversarum editionum exemplaribus adeo sibi invicem similibus, ut (si pauca quædam eaque levia errata typographica excipiam) uno cognito, cetera quoque nosse. Interpretem nolim sugillare; juvenis admodum fuit, cum huic labori operam dedit, nec potuit recte interpretari, quod codex ipsi Græcus vitiose proponeret. Sed utinam non interdum etiam quæ mendis carent, male nihilominus reddidisset, ut cum ὁ τρητός

κόκκος exponit, *tertius coccyx*: αἰγῶν χυλαί, *exoptatum labia*: κορῆν γυμνάσιον, *satutare gymnasium*: κατὰ τὸ λοκρὸν, *secundum Locrum*: ἐπιβατῶν τοῦ Σμύρδος ἀνάματος, *aggrediens nomine terribili* &c. Pro indicibus denique merito quidem auctori habebam gratias: sed interea non ego tantum multa in iis desiderabam; verum etiam ab aliis exoptari pleniore intelligebam. Hisce igitur incommodis tandem omnino remedium aliquod afferendum videbam: quam ego ad rem tantum studii operæque contuli, quantum per vires æque ac catenatos muneris labores licuit. Mendas namque Græci textus plurimas vel statim reposita vera lectione sustuli; vel certe in notis monstravi: neque id temere aut fiducia mei judicii; sed partim manu scriptorum codicum, partim virorum doctissimorum ductu & auspicio. Interpretationem etsi serio perlegere, aut cum Græco textu conferre inopia temporis hac vice non sivit me, tamen obiter & ipsam passim vel in textu vel in notis correxi; secutus hic quoque aliorum judicia potius, quam meo fretus. Indices autem plane novos, ac longe prioribus locupletiores factos cuivis, qui conferre voluerit, ad oculum patebit. Quam meam operam optarim equidem expectationi bonorum virorum abunde satisfacere. Verum optare ut liceat, sperare id an aulim? qui & meæ mihi tenuitatis optime sim conscius; & quam multa deliberationi reservarim ampliori meminerim: ne dicam, in proclivi esse non restissime omnia facere hominem quamvis probe alioquin exercitatum, qui ob alias occupationes nec uni cuidam rei continuo incumbere, nec eundem semper ardorem asserre ad illam potest. Constitui tamen versionem accuratius aliquando examinandæ peculiarem (ὅτιν θεῶν δ' ἰσχυῖν) laborem addicere. Illo igitur aliquatenus spero compensari posse, quæ in præsentia desiderari videbuntur. Cumque doctissimo *Gothofredo Jungermanno* alius adhuc ab his, quibus ipse usus fui, manuscr. codex obtigerit, haud dubie propediem & inde habebimus, de quo Polluci gratulemur: sicut alioquin hæc editio vigili & industrio illius in corrigendo studio multum debet. Oro autem & quoscumque alios doctos viros, ut symbolas ad juvandam conatum istum meum conjicere haud graventur: quibus ut rationes accepti atque expensi suo tempore appareant, sedulo enitar. Nominatim vero *Isaaco Casaubono* summo illi optimoque litterarum vindici tantum otii serio precor, quanto indiget ad conferendam symbolam, quam haud obscure mihi epistola mox subjecta, si otiosus magis sit, polliceri videtur. Sed ipso an plura & meliora ego? Cave putes, amice Lector, me non erubescere, quoties ad verba illa mihi oculus aberrat; etiam quoties ad sequentia carmina, quæ non tam seria de me judicia, quam benevoli erga me amoris testimonia censerem velim. Concludam, ubi saltem ad-



jecero, quorum beneficio exemplaria tam edita, quam manu exarata nactus fuerim. Non enim, opinor, molestum tibi erit audire me dicentem, quod si tacerem, iniquum tu me atque ingratum dicturus esses. E manuscriptis igitur duorum a Serenissimo *Electore* Palatino per Virum Nobiliss. *Janum Gruterum* mihi copia impetrata fuit: tertium vero e Bibliotheca Augustana vir Clariss. *David Hæschelius* ad me curavit, cui notarum quoque bonam partem acceptam refero. Inter edita Florentinum, & Basileense, in quo ad oram notæ a manu & ingenio *Fred. Sylburgii*, *vis christi* mihi dedit ampliss. ac nobilissimus *Jacobus Bongarsus*, Christianissimi Galliarum Regis Consiliarius &c. cujus mirum quantus bonas litteras juvandi ornandique ardor! Aliud Basileense vir consultissimus *Johannes Wilhelmus* ultro dono mihi obtulit; quomodo Aldinum integerrimus quondam *Philippus Schnetterus*; cum id omnium primo, quantum ex nomine involucri impresso videre est, studiis *Joh. Langii* medici olim insignis intervenisset. His jam, Lector candide, bene vale, inque meliorem interpretare partem hanc qualemque operam meam, quam immortalis *Deus* sibi honorificam ac Reipubl. litterariæ salutarem esse clementer vidit.

Editionis Basiliensis 1536.

SIMON GRYNÆUS

LUDIMAGISTRIS SALUTEM.



Um sint in hoc toto pueriles animos disciplinis velut agros linguarum sarculo præparandi negocio, scopi duo, ut quam facillime capi, & quam expeditissime depromi res possint, una eademque ad utrumque via brevissima, meo quidem videre ducit, si certo suoque nomine, signatam certo rem quanque ante omnia puero tradamus. Onomasticon traditionis genus hoc Græci, nomenclaturam rerum per genera distinctam, vocant: incredibile vim & celeritatem quantam ad summa studiorum incrementa afferentem, si rite ab incunabulis tractetur. Nam quum ipsa vocabula hominibus omne de rebus animi iudicium significandi ceu pacta inter ipsos symbola sint, peregrinum esse semper, quisquis hæc non tenet, contra qui tenet, in omni oratione tanquam domi versari certum est. Ut enim qui singulorum elementorum figuram & potestatem certam puer non novit, expedire lectionem non potest, sed hæret, ac ab eo unde laudis nihil, ignominia plurimum est, refugit: ita qui nomen cujusque rei suum non tenet, non solum explicare sese dicendo audiendove non potest, sed quia incerta cum fastidio discuntur,

ac neque retinentur etiam, eorum quæ non bene didicit incertitudine velut conscientia mala offensus animus, odisse cum linguis etiam res ipsas incipit. quum isti interim, qui callentes bene, certique nomenclaturæ rerum sunt, & tuto per omnia gradiantur, & audire dicereque de re non ignota semper aliquid gestiant. Itaque non gravabitur Præceptor, præsentibus ipsaque si potest, si non potest, pictas, sculptas, aut quomodocunque seu verbis seu gestibus expressas bene certa cum nomenclatura res, principio puerilibus oculis animisque quam diligentissime subjicere, & vel in ludum frutices, herbas, fructus, semina, radices, instrumenta afferre. Non satis est enim alterutrum, aut res ostendere, nomina miscere: aut docere nomina, res ipsas præterire: utrumque necesse est, si institutum recte celeriterque puerum velimus. Nam ut qui trifolii mihi vim præclaram indicat, herba vero trifolium quæ sit, aut non monstrat, aut si quam monstrat, non ipsum monstrat trifolium, istic quidem quantumvis docendo nihil docet, hic vero in errorem adducit insuper: sic ille linguas tradens magister, sive rerum incertarum certa nomina, sive certarum rerum nomina non certa proponit, utrinque hallucinari puerum facit, & cum de rebus balbutire nominibus non suis, & pejus cum secutum nomina de rebus non recte sentire consuefacit. ridiculum illud est, hoc etiam periculosum. Jam vero quo pacto constituere mens orationis agmen subitum potest, nisi nomenclatrix memoria in uniuscujusque rei vultus ceu locos intuens, ebuccinandam præconio linguæ momento tradit? Itaque aut memorari melius retinerive, aut imprimi celerius nomina non possunt, quæ cum rerum suarum formis præsentibus inscripta, in memoriam, dum adhuc tenerrima est, reponuntur. Cum essent autem naturalium quidem rerum a suis quæque doctoribus prodita nomina, ac inde etiam rectissime peterentur: eorum vero quæ in ipsis hominum negociis sunt, ut nullus artifex unus, ita neque qui hæc colligeret inveniretur: munus hoc adeo dextre obiit Pollux hic, ut vix quicquam desiderare quisquam possit. Quod si domus amplæ existimari suppellectilis varietate copiaque possunt, inire obiter nobis & vitæ & morum & amplitudinis Græciæ rationem pulcherrime licet. ac ipsa historia haud scio melius ne conjectandum præbere Græcorum luxum possit, quam hic tam copiose theatricarum rerum omnium enumeratione datur. Hoc igitur tam aptum arti vestræ feramentum *Ludimagistri*, si manibus, quod dici solet, ambabus amplectimini, ac in cœtus puerorum, omnigenum vocum thesaurum feliciter infertis, ex eadem mox officina, & caractere eodem, Phavorini Græcum Lexicon, longe & copia & diligentia maximum ac præstantissimum, ita commode juventuti studiosæ proponetur, ut vel ad tenuissimos linguæ totius



græcæ maxima copia quam minimo sit proven-
tura. Quod quidem negotium præsidio sum-
mo, summo sanctissimoque vestro labori futu-
rum, haud illibenter ipsi quoque pro virili no-
stra jvabimus. Valete.

Editionis Juntina Florentia 1520.

ΚΑΡΤΕΡΟΜΑΧΟΣ

τοῖς Φιλολόγοις εὐπράττειν.

Τὰ ὄντα καθ' ἑαυτὰ μὲν ὑφίσταται
ἐν τοῖς πράγμασιν, εἰς δ' ἡμετέ-
ραν ἀφικνεῖται γινῶσιν διὰ νοημά-
των τε καὶ λόγων· τούτοις γὰρ ἢ διαδι-
δόασιν ἀλλήλοις οἱ ἄνθρωποι τὰ γινωσ-
κόμενα, ἢ ἀφ' ἑαυτῶν μανθάνουσι τε καὶ
ἐκλαμβάνουσι τὰ τῆς ἐπιστήμης· ὥστε τὸν
πλείστα εἰδότα, ἢ εἰδέναι γε προθυμούμενον,
πλείστων δεῖ διανοημάτων τε καὶ λόγων εὐπο-
ρεῖν· ταῦτα δὲ ἐξ ὀνομάτων τε καὶ λέξεων συ-
νιστάμενα, τὴν τούτων ἀκρίβειαν πολὺ πρό-
τερον ἐπιζητεῖ· οὐκοῦν προὔργου μάλιστα τὸ
τοῦ Πολυδεύκου ὀνομαστικὸν διὰ χειρὸς ἔχειν
αἰεὶ· παρὰ τούτῳ γὰρ πάντος πράγματος ὀ-
νομασία τε καὶ λέξις, οὐχ ἀπλῆ δὲ, εὐδ' αὐ-
τῇ, ἀλλὰ ποικίλῃ τε καὶ παντοδαπῇ, ὡς τῶν
κεχρημένων ἕκαστος ἔφρασε τὸ διανοηθέν· καὶ
γὰρ τὰ ὑφ' ἀπάντων ὀπωσοῦν ὀνομασθέντα,
οὗτος συνελέξατό τε, καὶ οἰονεὶ θησαυρίσας
ἐναπεθήκατο ἐν ἐνὶ εἰς τὴν τῶν Φιλομαθῶν
χρείαν, ὡς ἂν εὐνοητὰ τε εἴη καὶ εὐαπόλεκτα,
λόγω μὲν τὸν αὐτοκράτορα ἐκπαιδεύσας, ἔρ-
γῳ δὲ τῶν ἐπιγινωμένων ἀπάντων προνοήσας·
προσθεὶς γὰρ πάντων ὀνόματα ἐς τὸ μέσον ἡ-
μῖν, τί ἄλλο ἢ πρὸς τῆν τῶν πάντων ὀμοῦ γινῶ-
σιν προάγει ἡμᾶς, ὡσπερ χειραγωγῶν ἀπὸ
λόγων εἰς τὰ πράγματα· οὐδὲν γὰρ ἄφελος
τῶν ὀνομάτων, εἰ μὴ καὶ τοῖς πράγμασιν ἐγ-
χειροῖη τις, ταῦτοις προσάπτων αὐτὰ· τὰ γὰρ
ὄντα τῶν λεγομένων ὡσπερ ἀρχὴ ἐστὶ, καὶ
τέλος· ἐκ τούτων γὰρ, καὶ διὰ ταῦτα λα-
βόντα τὴν γενέσιν, καὶ εἰς αὐτὰ Φιλεῖ ἀπο-
τελευτᾶν· ὡς εἴ τις τοῖς ῥήμασι χαίρει μόνον,
ὧν ῥήματ' αἰεὶ φροντίσας οὐδὲν, οὗτος καὶ
τὰς σκιαὶς διώκων ἡδοιτ' ἂν τῶν σαμάτων,
αὐτὰ ταῦτα ἀφ' αἰεὶ, ὧν εἰσι σκιαὶ· ἔρρωσθε.

CARTEROMACHUS

Philologis S. D.



ntia per se quidem subsistunt in re-
bus, nobis vero per conceptus &
verba in notitiam veniunt. Nam
hisce homines aut cum aliis, quæ
sciunt, communicant, aut discunt
a seipsis & scientiam percipiunt. Plurima igitur
qui scit, aut scire desiderat, eum plurimis
tum conceptibus tum verbis abundare oportet.
Ea vero quia constant nominibus & dictionibus,
ideo cum primis accuratam circa hæc di-
ligentiam requirunt. Quamobrem maxime o-
peræ precium Pollucis vocabularium assidue in
manibus habere. Ibi enim cujuscunque rei no-
men habetur, & vocabulum, neque simplici-
ter aut una tantum eademque forma, sed var-
ie ac omnimode, prout quisque illorum, qui
usi sunt, cogitata exposuit. Nam quæ ab om-
nibus quoquo modo appellata sunt, ea ipse
tum collegit, tum extracto veluti thesauro in
uno deposita usui reliquit eorum, qui discendi
cupidi sunt, ut & intellectu & selectu facilia
sint: verbo quidem Imperatorem erudiens, sed
facto ipso commodis universæ posteritatis consu-
lens. Quando enim in medium nobis quarum-
vis rerum nomina proponit, quid facit aliud,
nisi nos simul ad omnium cognitionem tanquam
manu a verbis ad res deducit. Nulla enim no-
minum est utilitas, nisi quis etiam res aggressus
illa hisce applicet. Nam ea, quæ sunt, eor-
um, quæ dicuntur principium quasi sunt & fi-
nis. Ex iis enim, & per hæc primordia capiunt
inque eadem terminare solent. Quare
si quis folis gaudens nominibus, ea, quorum
sunt nomina, nihil curet: idem umbras etiam
corporum, relictis quorum sunt umbræ, perse-
qui gaudeat. Valete.

ALDUS MA. RÖ.

HELIE CAPREOLO Brixiano

bonarum literarum studiof. S.



Ulius Pollux Naucratica scripsit vo-
cabularium & de synonymis, quæ
a nostris univoca dicuntur, & de
singulis dictionibus, varium, co-
piosum, elegans, doctum, &
perutile, quod ὀνομαστικὸν inscribitur, quod sic
ipse in epistola ad Commodum Cæsarem, cui
dicatur opus. Ὀνομαστικὸν μὲν ἔν ἐς τῷ βιβλίῳ
τὸ ἐπίγραμμα· μνησθε δὲ ὅσα τε συνώνυμα ὡς ὑ-
παλλάττειν δύνασθαι, καὶ οἷς ἕκαστα ἂν δηλωθεῖν
πεφιλότημην γὰρ εἰ προσῆτον εἰς κληθὸς, ὁπίσον
εἰς κάλλους ἐκλογὴν· εἰ μὲντοι πάντα ὀνόματα πε-
μείληθε τριτὶ τὸ βιβλίον· εἰ δὲ γὰρ ἦν πάντα ῥάδι-



ον ἐν βιβλίῳ συλλαβεῖν. *Vocabularium* igitur huic libro inditum est nomen, indicat autem & multa de eodem dici, & quoniam modo singula appellentur. nititur enim non tam multitudine, quam pulchri delectu. nec tamen omnia nomina complexus hic est liber. neque enim facile erat uno libro omnia comprehendere. Totum vero opus dividitur in decem libros. nec per ordinem literarum vocabula denotantur, sed sunt præposita capitulorum omnium summatim ante singulos libros. Quanquam ego, ut facilius omnia inveniri queant, quæ libris singulis ante id ipsum volumen pertractantur, copiosiusque, & dilucidius & latine, & græce, imprimenda curavi arithmetice numeris annotata, quibus ad columnulam, in qua est id, quod quaeritur, studiosus lector remittitur; quandoquidem singulas quasque libri totius columnulas iisdem numeris signandas curavimus. Suidas de Polluce hæc. Πολυδεύκης Ναυκρατίτης· τινὲς δὲ Ἀρδάννας σοφιστὴν γράφουσι καίοντες· (πόλις δὲ Φοινίκης ἢ Ἀρδάννα)· ἐπαίδευσεν δὲ ἐν Ἀθήναις ἐπὶ Κομμώδου τῆ βασιλέως· καὶ ἐτελεύτησεν βιῶν ἑτὴ νκαὶ ἡ, συντάξας βιβλία ταῦτα· ὀνομαστικὸν ἐν βιβλίοις δέκα· ἔστι δὲ συναγωγὴ τῶν διαφόρων κατὰ τὴ αὐτῆ λεγομένων διαλέξεις, ἧτοι λαλιάς· μελέτας· εἰς Κομμώδου Καίσαρα ἐπιθαλάμιον. Ῥωμαϊκὸν λόγον· σαλπικτήν, ἢ ἀγῶνα μωσικόν· κατὰ Σωκράτους· κατὰ σινωπέων· πανελληνίων· Ἀρκαδικόν· καὶ ἕτερα. Hoc est, *Pollux Naucratis*, sed quidam *Arduenna oriundum Sophistam* jocantes scribunt (*Phœnicia vero urbs Arduenna*). Docuit autem *Arbensis Imperatore Commodo*. *Vitam obiit annos na-*

tus octo & quinquaginta, cum scripsisset hos libros, *Vocabularium decem libris*. est autem collectio eorum, quæ de eodem dicuntur variis modis. *Disertationes, sive loquelas. Declamationes. Epithalamium ad Commodum Cæsarem. in laudem urbis Romæ orationem. Tubicinem, vel certamen musicum. Contra Socratem. Contra Sinopeos. in laudem totius græciæ. in laudem Arcadiæ. & ἡλια.* hæc latina fecimus non tua causa, cum & ipse pro tua doctrina id queas, & Taberium istuc habeas & græce, & latine doctissimum, quicum sic conjunctissime, & amantissime vivis, ut de vobis tritum illud apud græcos vere dici possit, σώματα μὲν δύο, ψυχὴ δὲ μία· sed eorum, quibus legendis græcis, auxilio, & interprete opus est. Scribimus enim sub tuo nomine studiosis omnibus. Pollucem vero ipsum, mi Helia, in tuo nomine editum muneri tibi mitimus, quia tibi cum propter eruditionem tuam, tum propter temperatos, moderatosque mores, quibus te præditum esse audio, sum amicissimus. Præterea quia cum superioribus diebus Jo. Taberio nostro Stephanum de Urbibus dicarimus, quem cum Polluce a compluribus una colligatum iri, ob eam, quæ est inter ipsos, convenientiam, certo scio, volui vos & hoc in libro esse conjunctos, ut animo estis. Adde etiam quia quoties eum ipsum librum in bibliotheca tua videbis, nominis nostri memineris, nam faciei non poteris, cum nos de facie non cognorimus. Quod tamen ipsum aliquando futurum, & cupimus, & speramus. Vale. Ven. III. id. April. M. DII.

TESTIMONIA QUÆDAM DOCTORUM VIRO RUM DE POLLUCE.

*Isaacus Casaubonus Wolfgango Sebero
S. D.*

GAudeo susceptam a te Pollucis editionem, vir doctissime. Neque enim dubito fore utilem Reip. litterariæ, quam in eo posuisti, operam. Est sane Pollux, si quid judico, scriptor optimus, eruditissimus, utilissimus: & eo sæculo, quod tot claros in litteris viros tulit, dignissimus. Olim cum in Athenæo essemus, multa observaveramus, quæ si tum edidissetus, aliquam fortasse gratiam ab eruditis hominibus iniissemus. Sed ab illo tempore ita diversa nos habuerunt studia, ut de eo cogitandi vix ocium aliquando fuerit. Verum non dubito & plura, & meliora esse, quæ observasti, qui ex professo eam provinciam suscepisti curandam. Itaque crucior expectatione editionis tuæ: cum præfertim adsit tibi *David Hæschelius*, vir Græcarum litterarum peritissimus, & iudicii recti. Symbolæ meæ, si quam forte nactus ocium, quo nunc careo, possim conferre, non debes ita rationem habe-

re, ut propterea studiosorum vota putes tardanda, aut differenda. Vale. Lutetiæ Parisiorum xv. Kalend. April. MD CVII.

J. H. Bæclerus Dissert. de Lexicis.

EX illis antiquorum Lexicis quæ hodie supersunt, singulari eruditione POLLUCIS ONOMASTICON X. libris ad *Commodum Cæs.* præcellit. Cujus egregiam editionem anno hujus sæculi octavo (1608.) *Wolfgangus Seberus* typis Wecheliani dedit. Suidas ait, esse συναγωγὴν τῶν διαφόρων κατὰ αὐτῆ λεγομένων, collectionem eorum quæ diverse de eodem dicuntur. Ipse (*præf. l. I.*) ita argumentum & propositum operis designat: Μηνύει δὲ ὅσα τε συνώνυμα, ὡς ὑπαλλάττειν δύνασθαι, καὶ οἷς ἕκαστα ἂν δηλωθεῖν πεφιλότηται γὰρ οὐ τοσοῦτον εἰς πλῆθος, ὅποσον εἰς κάλλους ἐκλογὴν. *Ostendit synonyma, quomodo permutari possint, & quibus singula efferrī soleant. Neque autem tantum copie studuimus, quantum*



delectui venustatis. Auctores secutus est (*præf. l. 2.*) τοὺς τὴν ἀκριβῆ Φωνὴν ἔχοντας, *terse accurateque sermonis usum habentes*; tum qui rerum experientia cognitionem adepti essent. Testimoniis tum demum utitur (*præf. l. 3.*) si pauciores ita locuti sunt, aut si dubia occurrunt vocabula. Quædam autem (*præf. l. 6.*) iudicando, quædam indicando posuit: verbisque aliquando formulam adjecit. Non autem sufficiebat (*præf. l. 7.*) tractasse multos, soluta ligataque oratione præstantes Scriptores, sed oportebat etiam quærere σύνταξως σχῆμά τι, καὶ τὸ ἐν τοῖς ἀνομοίοις ὁμοίον, *quendam dispositionis habitum, & in dissimilibus similitudinem.* Hic enim ordo tædium operi detrahit, lectoremque ad sequentia quodam desiderio trahit. Denique (*præf. l. 10.*) non ex veteribus tantum collegit verba, sed ex ipsis rerum formis. Tanta autem cura atque dexteritate absolvit hoc opus, ut vere posset (*præf. l. 4.*) prædicare *neminem Græcorum ante se τοσούτα καὶ ἐν τοσούτοις reperisse.*

J. Kühnius in præfatione suarum in Pollucem Animadversionum edit. 1675.

Julius Pollux ea tempestate Athenis bene dicendo docendoque inclaruit, cum adhuc suum litteris staret incolume pretium, & accerrimum inter eruditos esset certamen, ne quid discantibus profuturum diu lateret; imo ipse Romanorum Imperator *Marcus Antoninus* id temporis ad Musarum ventitare limina nullus fastidiit. Inde, cum idem ille & Imperator & Philoſophus florentissima quæque ingenia honorificis invitaret conditionibus, ut *Commodo* suo, in spem Imperii educando, bonos mores doctrinæque habitum induere vellent, inter ea *Pollux* noster egregii Doctoris munere pertunctus est, dum *Cæsari Commodo Onomasticum*, ex pulcherrimis Græcæ Linguae stoculis diligentissime contextum dedit, dicavit. Hoc præclarum & Principi scriptum opus, haud quaquam inter plebeia humi repit Lexica. Nihil enim inculcat humile, jejunum, fordidum. Dicitio ubique terſa & sanæ coloris, res passim interlucent lectissimæ, argumenta denique tractando exhausta. Eo magis dolendum serio est admirandumque, quod Tantus Autor vix totidem hodie inveniat Lectores,

Quot divitiis ostia Nili,

quodque a Græculis Librariis jam olim ita sit acceptus, ut Pentheus à Bacchis. Nec deinde *Rudolphus Gualtherus*, qui Pollucem Civitate donavit & auxilii quicquam male affecto contulit: Nam ex inquinatis Codicibus haud disparem nobis extudit Versionem. Adeo Pollux novercantia experiri fata non desistit, donec a *Clar. Sebero* ex tenebris in lucem revocatus, meliuscule se haberet. Verum & hæc Editio, quia inter plurima *Seberi* negotia est approperata, ultimam hæctenus limam desiderat. Ea propter, ut Eruditioribus de perſanando Polluce aures vellicarem, norulas quasdam chartæ illevis, & juris feci publici, spe ductus, proditurum aliquem, qui suum Polluci decus postliminio afferat, feliciterque ad scopum collimet.

Jo. Alb. Faber Exercitat. de Lexicis Græcis.

AD edita igitur Lexica, quæ in omnium manibus versantur, nunc accedimus. In iis primus facile locus debetur *JULIO POLLUCI*, cujus Onomasticon *Commodo* Imperatori inscriptum græce primum prodiit Venetiis a. 1498. tum 1502. apud Aldum in fol. Porro apud *Bernhardum Juntam* Florentiæ 1520. Basileæ 1536. &c. Latine vertit *Rudolphus Gualtherus*, sed qui iudice *Scaligero* p. 528. *Epist. magis se illo facto traduxit, quam commendavit*, unde *futulis interpres* dicitur *Mauſſaco* ad *Harpocrationem*. Nobis laude potius dignus videtur, rei difficultatem Latinæque linguæ inopiam cogitantibus. Neque *Scaliger* tam interpretem culpavit, quam institutum reprehendit, ineptum existimans Lexica in aliam linguam convertere. *Wolfgangus* autem *Seberus* novam *Pollucis* editionem suscipiens non modo Græcum textum diligenter emaculavit, sed & passim emendavit latinam versionem, laboriosissimasque notas atque indicem verborum attextuit, & elenchum auctorum a *Polluce* allegatorum subjecit. Prodiit illa *Wecheliani* typis A. 1608. 4^{to}. Quod ad *Pollucem* attinet, quem cognomine *Chronici* scriptore antiquiorem esse constat, is ipse est, cujus obitum luget *Herodes Sophista* apud *Lucianum* in *Demonacte*. De eo *Philostrotus* libro II. *Sophistarum*: Πολυδύκη δὲ, inquit, τὸν Ναυκρατίτην οὐκ οἶδα εἶτε πεπαιδευμένον δεῖ καλεῖν εἶτε ἀπαιδευτον, εἶθ', ὅπερ εὐηθὲς δόξει, καὶ ἀπαιδευτον καὶ πεπαιδευμένον. Apud eundem *Philostrotum* *Athenodorus Pollucis* tempore Athenis docens ἐπέκοπτεν αὐτὸν ταῖς διαλέξεσιν ὡς μαιρανίδῃ, λέγων οἱ Ταντάλα κῆποι &c. quæ duo sinistra de *Polluce* iudicia latine si quis legere cupiat, adeat *Cœlium Rhodiginum* lib. XIX. *Antiquar. Lect. c. 5.* & *Balthasarem Bonifacium* lib. XV. c. 5. *Historiæ Ludicæ*. Meminit quoque *Pollucis* *Suidas*, *Balsamon*, *Eustathius*, *Tzetza*, ut *Varinum* aliosque juniores prætermittamus. Ejus Onomasticon in decem libros distinctum non literarum sed naturæ ordinem servat, estque longe præstantissimum, incredibilem græcæ linguæ copiam & elegantiam præ se ferens. *Est sane*, inquit *Casaubonus* p. 344. *Epist. si quid iudico, Pollux scriptor optimus, eruditissimus, utilissimus, & eo seculo, quod tot claros viros tulit, dignissimus.* *Historiolas* quoque interdum & fabulas immisceat, qualis libro statim primo est de purpuræ inventione, qua de videndus etiam *Achilles Tati* lib. II. *Eroticon*. *Palæphatus* in fragmento, quod est apud *Chronici Alexandrini* auctorem. *Nonnus* p. 1034. *Dionysiacon*. *Cassiodorus* lib. I. *Variarum*. *Eutyghius* scriptor *Arabs* ap. *Borremans*. c. 4. *Vesper*. *Gorinchemens*. *Politianus* cap. 12. *Miscell.* qui latinis intactam hanc fabulam falso ait. *Salmuthus* ad *Pancirolli* deperdita. *Schedius* de *DIS* Germanis *Syntagm.* II. c. 8. *Blaise de Vigenere* in *Philostroti* imagines p. 241. *Antonius Thyleſius* libello de coloribus. *Bonifacius Histor. Ludicæ* lib. I. c. 61.



* ΙΟΥΛΙΟΥ ΠΟΛΥΔΕΥΚΟΥΣ ΟΝΟΜΑΣΤΙΚΟΝ.

BIBLION PRWTON.

* JULII POLLUCIS ONOMASTICI

LIBER PRIMUS.

JULIUS POLLUX

Commodo Casari S.



ΒΟΝΙ Patris Fili, in patrimonio tibi est regnum æque ac sapientia. hæc autem cum partim

* ΙΟΥΛΙΟΣ ΠΟΛΥΔΕΥΚΗΣ

Κομμόδω Καίσαρι χαίρειν.



ΠΑΙ ἰ πατὴρ ἀγαθῶ, ἰ πατρῶν ἐστὶ σοι κτῆμα κατ' ἴσον, βασιλεία τε καὶ σοφία. τῆς δὲ σοφίας ὁ μόντοι ἐν τῇ

1 ΙΟΥΛΙΟΥ ΠΟΛΥΔΕΥΚΟΥΣ] P. R. & A. sic incipit, ἀρχὴ τῶν τοῦ Πολυδεύκου βιβλίων ὀνομαστικῶν. P. V. caret inscriptione. SEBERUS.

ΙΟΥΛΙΟΥ ΠΟΛΥΔΕΥΚΟΥΣ] Noster MS. quo nomine semper *Palatinum* illum eximium intelligo: nec enim alio me uti contigit: aliis vero ex eadem Bibliotheca illustrissima Principis Serenissimi atque Laudatissimi. usus fuit Doctissimus amicus noster *Wolff. Seberus*: is itaque codex post *Harpocrationis Lexicon*, τὸ ἐκ τῶν δικά ῥητόρων συλλεγόν, vel, ut verius dicam, Epitomen illius Lexici, quantumque ejus subinde apud *Suidam* inspergitur, tacito *Harpocrationis* nomine: post hanc, inquam, descripta habet eadem manu *Pollucis* nostri βιβλίου ὀνομαστικῶ, absque ullo ipsorum præfixo titulo, cui tamen in membrana locus relictus est purus, si apponeretur. *Labbai* autem MS. talem titulum habet, qualem in *Palatino* codice recentiore & *Augustano* invenit etiam *Seberus* noster: Ἀρχὴ τῶν τοῦ Πολυδεύκου βιβλίων ὀνομαστικῶν. JUNGERMANN.

2 Ιούλιος Πολυδ.] Incipit MS. noster à præfatione Libri I. cujus epistolæ ἐπιγράμμα ordine alio quam in vulgatis, tale scilicet:

Κομμόδω Καίσαρι Ἰούλιος Πολυδεύκης χαίρειν.

& ita ubicunque præfationes librorum insequentium in MS. non defunt, ut libro IV, VI, IX & X., quod suis locis quoque indicabo semper. Et id præ vulgato placet, nec putem librarium sic ordinasse. Succurritque gemina plane inscriptio ab ejusdem professionis & ætatis viro, *Phrynichum* dico, qui composuit σοφιστικῆς παρασκευῆς λόγους ad eundem Imperatorem, & ipse hunc ordinem servando ἐπιγράφων:

Κομμόδω Καίσαρι Φρύνιχος χαίρειν.

Quod *Photius* adnotavit in *Eclohis* suis, a priscorum genio in illis superscriptionibus epistolarum, sub Imperatoribus adulatione glifcente scilicet, sensim discessum fuisse, sicut & in aliis. JUNGERMANN.

3 Κομμόδω] P. R. & A. κομμόδω SEBERUS.

4 Πατὴρ ἀγαθῶ] De *Marco Anton. Xiphilinus* ex *Diogenis* lib. 71. ἀληθῶς ἀγαθὸς ἀνὴρ ἦν, καὶ οὐδὲν προσποιητὸν εἶχε. Et paulo ante: ὅτι εὐπροσποητῶς ἀλλ' ἐξ ἀρετῆς πάντα ἔπραττε, πρόδηλον. *Herodotus* similiter: ἀρετῆς πάσης ἔμαλεν αὐτῶ, circa principium

JULII POLLUCIS.

lib. I. Sed tali patri quam filius evasit dissimilis! SEBERUS.

Πατὴρ ἀγαθῶ] Imitatur *Pollux Sophoclem*, qui in *Philoctete Ulysses* introducit ita loquentem cum *Neoptolemo Achilles* filio: ἰσθλοῦ πατὴρ παῖ. KÜHNIIUS.

ἰ Πατρῶν] A. πατρώιον ἐστὶ κτ. κατ' ἴσ. βασιλείας τε καὶ σοφίας. P. R. κτ. κτῆσαι βασιλείαν τε καὶ σοφίαν. SEB. Πατρῶν] Codex MS. *Isaaci Vossii*, cujus varix lectiones mecum communicatae sunt, legit etiam κτῆμα, κτῆσαι βασιλείαν τε καὶ σοφίαν. Quæ lectio sublatâ interpunctione non malum parit sensum. Πατρώιον quod habet *Augustanus Codex*, Jonismum redoleret. Carterum si sequamur vulgatam lectionem, vix poterit *Pollux* adulationis absolvi, dum ait, *regnum æque (κατ' ἴσον quod male Interpres omisit) ac sapientiam in patrimonio Commodi* esse. Nam sapientia, i. e. Philosophia, non sequitur heredem. Unde nec *Marcus* filio suam sapientiam, nec *Themistocles* suo *Cleophanti* virtutem, nec *Hippocrates* ex se genitis artem, nec *Polycretus* suis statuatiam, velut πατρῶν κτῆμα relinquere potuerunt. At *Palatinum* recentior lectionem aliam, eamque non contemnendam affert, ut *Seberus* paulo ante notatum. KÜHNIIUS.

Πατρῶν] Initio epistolæ ubi πατρῶν ἐστὶ, MS. noster habet πατρώιον ἐστὶ quod semel adnotatum volo: sic videlicet in MS. nostro literam, non subscriptam, sed adscriptam τοῖς α, η, ω, esse, idque plerumque tamen exilius pronunciatum, quam ubi id, i. literæ ἐκφανομένης officio fungitur: non tantum in fine vocum, sed etiam in earum medio, ut in isto πατρώιον, ῥάιδιον, αἰδῶν, αἰδαί, κῶιος, aliis infinitis: cui rei non attendentes talium librorum editores nuperi, lapsi interdum fuerunt valde. Notavit eum vetustorum exemplorum morem & ὁ μακαρίτης H. *Stephanus* in suis *Paralipom.* Gramm. Græcæ non longe ab initio: nec id vel ideo hic prætereundum fuerit, quod veneranda vetustas codicis *Palatini* partim inde eluceat. Alias vulgatam lectionem hic confirmat MS. nisi quod *κατισσον* una voce, ut & ejusmodi fere alia junctim scribens, habet; eamque bonam puto. *Labbai* codex, ut ex *Pal.* recentiore *Seberus* adnotavit, κτ. κτῆσαι βασιλείαν τε καὶ σοφίαν. JUNGERMANN.

6 Τὸ μόντοι] MS noster, τὸ μόντι. JUNG.

A



τῆς ψυχῆς ἀρετῆ, τὸ δὲ ἐν τῇ χρεία τῆς Φωνῆς. τῆς
 2 μὲν οὖν ἀρετῆς ἔχεις τὸ μάθημα ἐν τῷ πατρὶ
 τῆς δὲ Φωνῆς, εἰ μὲν ἦγεν αὐτὸς σχολὴν, 8 πα-
 2 ρείχεν ἂν σοὶ 9 τὸ ἡμῶν εὐλαχίστα δεῖσθαι. 10 ἐ-
 πειδὴ δὲ ἐκείνου ἢ σωτηρία τῆς οἰκουμένης ἀσχο-
 λαί, ἐγὼ γ' εὖν 11 ἐν γε τί σοι 12 πρὸς εὐγλωττίαν
 συμβαλοῦμαι. 13 ὀνομαστικὸν μὲν οὖν ἐστὶ τῷ βι-
 βλίῳ τὸ ἐπίγραμμα. 14 μνησὶ δὲ ὅσα τε συνώνυ-
 μα, ὡς ὑπαλλάττειν δύνασθαι, 15 καὶ οἷς ἕκα-
 στα ἂν δηλωθεῖν, πεφλοσμήται γὰρ αὐτῶν τοῦ-
 τον εἰς πλῆθος, 16 ὅπως εἰς κἀλλους ἐκλο-
 γῶν. οὐ μὲντοι πάντα τὰ ὀνόματα περιελήφε
 17 τούτῳ τὸ βιβλίον. οὐδὲ γὰρ ἦν 18 πάντα ῥα-
 δίων 19 ἐν βιβλίῳ συλλαβεῖν. ποιήσομαι δὲ 20 τὴν
 ἀρχὴν, 21 ἀφ' ὧν μάλιστα προσήκει τοὺς εὐσε-
 βεῖς, ἀπὸ τῶν θεῶν. τὰ δὲ ἄλλα, ὡς ἂν ἐ-
 καστον 22 ἐπέλθοι, τάξομεν. ἔρρωσο.

7 τὸ δὲ ἐν] *Cod. Ross. τὸ δ' ἐν Κῆννιῳ.*

8 Παρείχεν ἂν σοὶ] *MS. nosset παρέσχει ἂν σ. JUN-
GERM.*

9. τὸ ἡμῶν] *MSS. τῶ ἡμῶν ἔ. SEBERUS.*

τὸ ἡμῶν] quod Manuscripti codices habent, com-
 mune est; vulgatum autem Ἀττικώτερον videtur. V.
 C. pro τὸ ἡμῶν habet τοῦτο ἢ. quod admitti posset
 cum distinctione post τοῦτο, vel subintelligendum κα-
 τὰ τοῦτο, *hac in parte effecisset, ut mea opera nul-
 lus egeret.* ceteroquin verba illa, τῆς δὲ φωνῆς, vel ab-
 solute sunt intelligenda, vel ἕκκα subintelligendum,
 hoc sensu: quod autem eloquentiam vel vocabula at-
 tinget, si quidem ipsi vacaret, iidem efficeret, ut mea
 opera facile carere posset. KÜHNIIUS.

τὸ ἡμῶν] Pro τὸ ἡμῶν, ut etiam nosset MS. ha-
 bet, in *Labbei* MS. fuit, sicut in *Seberi* MSS. τοῦ
 ἡμῶν. JUNG.

10 Ἐπειδὴ δὲ] P. V. & A. ἐπειδὴ δ'. P. R. ἐπί δ'.
 SEBERUS.

Ἐπειδὴ δὲ] *MS. nosset ut Palat. recentior, ἐπί δ'
 Ik. JUNG.*

11 ἐν γε τί σοὶ] *Unicum tantum, unam saltem
 partem.* Nam plura ad eloquentiam requiri inquit,
 præter hanc symbolam, quam suo *Onomastico* con-
 fecit. V. C. ἐν γε τί σοι. KÜHNIIUS.

12 Πρὸς εὐγλωττίαν] *Herodiani.* τὸν δὲ περίοτον Κόρ-
 μοδοι καλούμενοι, ὁ πατὴρ μετὰ τῆς ἀλλῆς ἐπιμελείας
 ἀνεβρίβητο, πάντοθεν τοὺς ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐπὶ λόγους δε-
